ſacramentorū ſm glo. ⁊ hu. ⁊ archi. ibi.

¶ Cclxj. q. eſt de pnīa coꝝ qui euchariſtiā euomitant. Et dico ꝙ ſi aliq̄s cclxj. q̄o.
per ebrietatē vel voracitatē euchariſtiā euomerit. xl. diebꝰ peniteat ſi lai-
cus eſt. clerici vel monachi diaconi vel preſbyteri. lxx. diebꝰ peniteāt. epi
nonaginta. Si infirmitatis cauſa euomerint. vij. diebus peniteāt. eadē
di. c. ſi quis per ebrietatem.

¶ Cclxij. q. eſt de pnīa p̄ſbyteri nō cuſtodiētis bene ſacrificiū. Et dico ꝙ cclxij. q̄o.
ſi p̄ſbyter nō cuſtodit bene ſacrificiū: ⁊ mus vel aliud animal comederit
xl. dies peniteat. qui aūt ꝑdiderit illud ne eccl'ia vel pars ei ceciderit: ⁊ nō
inuenta fuerit. xxx. dies peniteat. ea. di. c. q̊ bene. ⁊ ſi incaute dimiſerit vl
quoduis nephandū acciderit tribus mēſibus ab officio ſuſpenditur. vt
in. c. j. de cuſto. euchariſ.

¶ Cclxiij. q. eſt de pnīa coꝝ q̇ triduo in diebꝰ rogationū ante aſcenſionē cclxiij. q̄o.
nō vtunt cibis q̄drageſimalibꝰ. Et dico ꝙ letanias ⁊ rogatiōes ante aſcē
ſionē dn̄i cōuenit celebrari ꝑ triduū ante aſcēſionē: q̊ triduo oēs abſtine-
ant ⁊ q̄drageſimalibꝰ cibis vtant: ⁊ q̇ hoc nō fecerūt peccāt ⁊ penitere de
bēt. de cōſecra. di. iij. c. rogatiōes. In hoc ꝯſuetudo eſt in cōtrariū epatu
Salmātino: q2 i die lune vtunt oēs ouis ⁊ lacte ⁊ caſeo. i die martis oēs
vtunt carnibꝰ: ⁊ i die mercurij: q2 eſt vigilia aſcēſiōis: oēs ieiunāt ⁊ vtunt
cibis q̄drageſimalibꝰ ⁊ nō alijs ⁊ i iſtis valet ꝯſuetudo. vt i. c. illa. xij. di.
ſicut ibi dr̄ de matre auguſtini. Ja. doctor.

¶ Cclxiiij. q. eſt de his q̇ certis diebꝰ nō ſe pectināt vel nō radunt barbā cclxiiij. q̄o.
vel alia ſimilia. Et dico ꝙ nullꝰ dꝫ ſeruare ſuꝑſtitiōes de non lauādo vel
nō pectinādo ſe aut ſimilia faciēdo die dn̄ico: vel alia die ⁊ ſeruās peccat
⁊ penitere dꝫ. ⁊ ita dꝫ ſacerdos dicere ſeu ꝯfeſſor penitētibꝰ. vt i. c. ꝑuenit.
ea. di. ⁊ ibi per archi.

¶ Cclxv. q. eſt de pnīa illoꝝ q̇ bis baptizant ſciēter. Et dico ꝙ q̇ bis ba- cclxv. q̄o.
ptizati ſunt ſciēter: q2 q̄ſi iterū crucifixerūt xp̄m. per. vij. annos peniteāt.
q̇rta ⁊ ſexta feria: ⁊ tres q̄drageſimas: ⁊ alia grauior pnīa ipis dꝫ iponi:
nā ep̄s p̄ſbyter vel diaconꝰ volēs rebaptizatꝰ penitet q̄diu viuit. ⁊ nō dꝫ
int eſſe vllo modo i orōne nō ſolūmodo fideliū: ſed nec cathecuminoꝝ. et
iſtis tātū laica cōmunio i morte reddēda eſt: alij clerici ⁊ moniales ⁊ mo
nachi ab hereticis rebaptizati. xij. annis penitēt: tribꝰ annis int audiētes
ſint. vij. vero ſubiaceāt int penitētes manibꝰ ſacerdotū. duobꝰ autem nō
ſinant oblatiōes oibꝰ modis offerre: ſed tātummodo ꝑplaribꝰ in orōne
ſocient. vt dicit tex. in. c. quibꝰ. ⁊. c. ſequēti. de cōſecra. di. iiij. ⁊ tales debēt
fieri monachi. vt in. c. dictum de conſecratio. di. v. ſi fuerint laici. vel fiant
clerici. vt in allegato. c. dictum.

cclxvj.qo. ¶ Cclxvj. de penitētia p̄sbyteꝝ in anniuerſarijs ſe inebriātiū vl' alia turpia cōmittētiū. Et dico q̄ p̄sbyteri ſe inebriātes in anniuerſarijs ꝛ cōgregationib⁹ q̄ fiunt pro memoria defunctorū. ꝛ miniſtri altaris qui in talibus cōgregatiōibus cantat vel turpia ioca faciūt vel fieri conſentiūt vel ſpectacula turpia aſpiciūt: peccāt grauit̄ ꝛ penitere debēt: q2 hoc diabolicū eſt. nā cū hoc vidiſſent deberent reſurgere eos de conuiuio et abire. vt eſt tex. in. c. null⁹ p̄sbyteꝝ. cū. c. ſequē. v. di.

cclxvij.qo. ¶ Cclxvij. q. eſt de penitētia mulieꝝ turpiter ſe ornātiū. Et dic q̄ mulieres nō debēt ſe ornare turpit̄: nec vti fucis vel figmētis vl' colorib⁹ vel alijs ornamētis inhoneſtis ꝛ cōtrariū faciētes: peccāt ꝛ penitere debēt: q2 hoc nō ad placendū hominib⁹: ſed ad ſeruiēdū demonib⁹ adhibetur. vt dicit tex. in. c. fucare figmentis. ea. di.

cclxviij.qo ¶ Cclxviij. q. eſt de pnīa īponēda nō cuſtodiēti canōes. ꝛ dico q̄ ſi aliq̄s nō cuſtodit canones peccat: ꝛ de hoc pnīa ſibi iponi d3. de pſti. c. canonū.

cclxix.qo. ¶ Cclxix. q. eſt de pnīa imponēda faciēti cōtra ꝓhibitionē legis vel canonis. Et dicas q̄ ſi aliq̄s cōtra ꝓhibitionē legis vel canonis facit: peccat: ꝛ de hoc ſibi pnīa imponi d3. eo. ti. c. ij. in fi.

cclxx.qo. ¶ Cclxx. q. eſt de pnīa imponēda veniēti cōtra legem per ſe editā. Et dico q̄ q̄cunq3 facit ꝯtra legē a ſe factā peccat: ꝛ de hoc pnīa ſibi imponi d3. eo. ti. c. cū omnes. in verſu cū igitur.

cclxxj.qo. ¶ Cclxxj. q. eſt pnīa imponēda faciēti ſtatuta ꝯtra eccl'ias. Et dico q̄ laici ꝛ etiā religioſi q̄ cōtra eccl'ias vl' ꝑſonas eccl'iaſticas ſtatuta faciūt peccāt: ꝛ de hoc eis pnīa d3 imponi. eo. ti. eccl'ia ſc̄te marie in ꝑncipio.

cclxxij.qo. ¶ Cclxxij. q. eſt de pnīa imponēda nō ſoluēti īſignia ꝛ ſalaria doctorib⁹. Et dico q̄ magiſtri ꝛ doctores ſtudij licite ꝑcipiūt ſalaria ꝛ magiſtralia ꝛ inſignia ip̄is ꝑ laborib⁹ ſuis debita ꝛ conſueta: ꝛ ideo ille q̄ ſibi illa denegat ꝛ nō ſoluit peccat ꝛ ſoluere tenet̄ eis: ꝛ ita per confeſſorē in penitētia ipſis iniungi d3. eo. ti. c. ex litteris. ibi cū dicit tex. in magiſtralib⁹ priuaretur: ꝛ ita notat abbas ibi.

cclxxiij.qo. ¶ Cclxxiij. q. eſt de pnīa diminuētiū nūeꝝ ꝑbēdaꝝ ꝛ capellaniaꝝ. ꝛ dico q̄ canonici numeꝝ ꝑbēdarū ꝛ capellaniarū ab antiq̄ in eccl'ia ſtatutū diminuētes vbi reddit⁹ nō ſūt diminuti peccāt: ꝛ de hoc ip̄is eſt imponēda pnīa de dāno ꝑterito: ꝛ q̄ illud in futuꝝ reſtaurēt. eo. ti. c. ex parte.

cclxxiiij.qo ¶ Cclxxiiij. q. eſt de pnīa clericoꝝ q̄ ꝑ l'ras falſas vel ſurrepticias habuerūt bn̄ficia. Et dic q̄ oēs clerici q̄ ꝑ l'ras ſurrepticias aliq̄ bn̄ficia habuerūt dn̄t illa bn̄ficia dimittere ꝛ fruct⁹ habitos ex eis reſtituere cū in ipſis nullū ius habeāt: ꝛ ita ꝑ cōfeſſorē ip̄is declarari ꝛ in pnīa iniūgi d3. de reſtrictis. c. ad audientiā. ij. ibi cū dicit tex. carere decernēs quō earundē. et ita cōiter tenetur per doctores ibi.

cclxxv.qo. ¶ Cclxxv. q. eſt de pnīa litigātiū qui ꝑ multas fallacias alios fatigāt. Et dico q̄ q̄cunq3 litteras obtentas ſub noīe ſuo alijs eiuſdē noīs tradit ad alios fatigādū ꝛ illi q̄ eas recipiūt tali modo: ꝛ illi q̄ illos cōtra q̄s nihil

queſtiõis hñt: faciũt in iudiciũ euocari: ⁊ illi q̄ lr̄as impetratas trahunt
ad futuras cõtrouerſias: ⁊ illi q̄ aliquē ſuꝑ vno negocio: vł maliciose ſuꝑ
pluribꝰ actiõibus ꝑſonalibꝰ q̄ cõmodiꝰ ſub vno iudice tractari poſſint ꝑ
varias lr̄as corā diuerſis iudicibꝰ trahunt: vt laboribꝰ ⁊ ſumptibꝰ fatiga
tus cõpellat̃ cõponere vł cedere iuri ſuo. ⁊ reus q̄ ꝑ fallacias ꝓcurat acto
rem excõicari vt ſic eū a ſua intētiõe repellat oēs p̄dicti grauiter peccāt:
⁊ aduerſarijs tenentur ſatiſfacere de expēſis ⁊ damnis q̄ ꝓpter predicta
paſſi ſunt: et ita omnibus predictis per confeſſorem penitentia iniungi
debet. de reſtrictis. c. vltimo.

¶ Cclxxvj. q. eſt de pnīa clericoꝝ cõferentium ſacramēta q̄ ꝯferri nõ poſ cclxxvj. q̄o.
ſunt. Et dico ꝙ ſacerdotes q̄ ſacramēta q̄ cõferre nõ poſſunt fidelibꝰ ꝯfe
runt etiā p̄textu cuiuſcũq; ꝯſuetudinis grauiter peccāt: ⁊ tanꝙ de graui
pcc̄o eſt eis pnīa imponēda. de cõſuetu. c. quanto.

¶ Cclxxvij. q. eſt de pnīa faciētis cõtra ius p̄textu ꝯſuetudinis. Et dico cclxxvij. q̄o
ꝙ q̄cunq; cõtra ius naturale pretextu conſuetudinis cuiuſcũq;: vel ꝯtra
ius poſitiuū pretextu conſuetudinis non rationabilis nec preſcripte fa-
cit grauiter peccat: ⁊ tanꝙ de graui peccato penitētia ſibi imponi debet
eo. titu. capitulo. vltimo.

¶ Cclxxviij. q. eſt de pnīa prelati q̄ aliq̄d de ornamētis vł de bonis eccl̄ie cclxxviij. q̄.
vendidit. Et dico ꝙ p̄latus q̄ aliq̄d de ornamētis eccl̄ie vł de alijs bonis
vēdidit tenet̃ reſtituere ⁊ eccleſiā indemnē reddere: ⁊ ita ſibi pnīa iniũgi
debet de elec. c. ꝙ ſicut. §. vlti. Et poſtꝙ aliq̄s electꝰ in ep̄m cõfirmationē
electiõis accipit: ⁊ bonoꝝ dignitatiſ ad quā electꝰ eſt adminiſtratõez ha
bet: lapſis tribꝰ mēſibꝰ a tp̄e ꝯfirmatiõis vel ante: ſi ante fuerit cõſacratꝰ
ſtatim tenet̃ dimittere beneficia oīa q̄ prius habebat: ⁊ qui beneficiũ cu-
ram animarū habēs anteꝙ attingat. xxv. annos accepit illud tenetur di
mittere: ⁊ ita eis penitentia iniungi debet. de electi. cap̄. in cunctis. §. cū
vero. ⁊. §. inferiora.

¶ Cclxxix. q. eſt de penitētia illiꝰ qui ſub ſpe ꝙ erit abbas efficit̃ mona- cclxxix. q̄o.
chus. Et dico ꝙ q̄cũq; tali ſpe fuerit factus monachus ſi poſtea in abba
tem eligit̃ debet dimittere abbatiā cū illicite habeat: ⁊ ita ſibi pnīa iniũ-
gi debet. eo. ti. c. cū ad lr̄am. ⁊. c. officij.

¶ Cclxxx. q. eſt de pnīa illiꝰ q̄ ꝯtra formā iuris eligit̃ in p̄latū. Et dico ꝙ cclxxx. q̄o.
q̄ fuerit electꝰ ꝯtra formā. c. q᷑ propter. eo. ti. dꝫ p̄lationē dimittere: cū ius
nõ habeat: ⁊ ita in pnīa ſibi iniũgi dꝫ. vt in dicto. c. q᷑ propter.

¶ Cclxxxj. q. eſt de pnīa illiꝰ q̄ fauore ptātis ſecł̄aris eligit̃. Et dico ꝙ q̄cū cclxxxj. q̄o.
q; ꝑ abuſum ptātis ſecł̄aris fuerit electꝰ electiõis quō caret: ideo p̄lationē
dꝫ dimittere. ⁊ ita ſibi pnīa iniũgi dꝫ. eo. ti. c. quiſquis.

¶ Cclxxxij. q. eſt de pnīa illius q̄ ex abrupto eligit̃ ⁊ ſtatim ꝯfirmat̃. Et cclxxxij. q̄o
dico ꝙ ſi aliq̄s ad regimē animarū fuerit electꝰ: ⁊ ſuperior nõ examinato
proceſſu electiõis nec examinata ꝑſona electi talē electiõez ꝯfirmat: taliſ
indigne ꝓmotꝰ debet dimittere prelationē: ⁊ indigne cõfirmans debet

vt in graui crimine penitere: ꝛ ita ei penitētia iponi debet. eo. ti. c. nihil.

cclxxxiij. q. ❡ Cclxxxiij. q. eſt de pnia illiꝰ q priuatꝰ ipo iure bnficio curato poſtea de fructibꝰ ſe itromittit. Et dico ꝙ ſi aliqs eſt puatꝰ ipo iure bnficio curato qđ habebat: ſi poſtea de illo bnficio vl' de cura eiꝰ ſe intromittit cōmittit furtū ꝯtractādo rem alienā: ꝛ dānabilit decipit aias parrochianoꝝ illiꝰ bnficij: ꝛ ſic bnficiū illud cū fructibꝰ pceptis debet dimittere: ꝛ de furto ꝛ deceptione predictoꝝ dꝫ pniam agere: ꝛ talis pnia ſibi imponi dꝫ eo. ti. c. dudum magno. ver. ꝛ retinēdo. ꝛ. ꝟ. in ſue quoqꝫ.

cclxxxiiij. q ❡ Cclxxxiiij. q. eſt de pnia hntis ꝑlationē p ſimoniā. Et dico ꝙ ſi aliqs fuerit electꝰ ad aliquā ꝑlationē per ſimoniā etiam eo ignorāte ꝛ ratū nō habēte cōmiſſam debet illā prelationē dimittere: ꝛ ita ſibi in pnia iniungi debet eo. ti. c. ſi alicuius.

cclxxxv. qo ❡ Cclxxxv. q. eſt de pnia religioſi volētis ſe promoueri. ꝛ dico ꝙ religioſus q vult ad ſupiores ordines ꝓmoueri: potiꝰ dꝫ ſeq̄ ꝑceptū ſupioris ſui ꝙ volūtatē ſuā: ꝛ ita p cōfeſſorē ſibi iniungi dꝫ. de tēpo. ordi. c. ad aures.

cclxxxvj. q. ❡ Cclxxxvj. q. eſt de pnia mētiētis ꝯtra celebrātē ordines. Et dico ꝙ diaconꝰ q pape vel alteri ꝑlato interrogāti cū ordines celebrat an ordinādū ſciat eſſe dignū. Rndit ꝙ illū ſcit ꝛ teſtificat eſſe dignū ꝯtra cōſcientiā cū de indignitate illiꝰ ſibi cōſtet peccat mortaliter: ꝛ vt peccāti grauit pnia ſibi imponi dꝫ. de ſcruti. in ordi. facien. c. vnico.

cclxxxvij. q ❡ Cclxxxvij. q. eſt de pnia illoꝝ q nō ordinant ad ordines debitos. Et dico ꝙ abbates. archidiaconi: ꝛ archipreſbyteri qui voluntarie: vel aliq̄ iuſta cauſa ꝓhibēte nō ordinant ad ordines q̄s de iure debent ordinari: debent prelationes dimittere: et ita eis per confeſſorem iniungi debet de eta. ꝛ qualita. ordi. c. j.

cclxxxviij. ❡ Cclxxxviij. q. eſt de pnia medicoꝝ volentiū ſe ordiare. Et dico ꝙ clericus qui vtendo arte phiſica pluribꝰ exhibuit medicinā: ꝛ mlti mortis periculū incurrerūt de cōſilio cōfeſſoris nō debet ad maiores ordines aſcēdere eo. ti. c. ad aures.

cclxxxix. q. ❡ Cclxxxix. q. eſt de pnia ſuſpēſoꝝ. bnficia recipiētium. ꝛ dico ꝙ clerici q exiſtentes ſuſpēſi aliqua bnficia eccleſiaſtica receperūt non poſſunt bnficia ſic recepta retinere: ſed debēt illa dimittere: ꝛ ita eis in penitētia iniungi debet. eo ti. c. cum bone.

ccxc. q̄ſtio. ❡ Ccxc. q. eſt de pnia ꝑlatoꝝ ordinātiū rudes ꝛ ignaros. Et dico ꝙ grauiter peccāt ꝑlati qui rudes ꝛ ignaros ad ſacerdotiū ꝛ ad curā aiaꝝ ordināt: ꝛ ipſi clerici ordinati neſciētes ſacra eccl'iaſtica miniſtrare: ꝛ ipſis vt grauit peccātibꝰ pnia debet iniūgi. eo. ti. c. cū ſit ars artium.

ccxcj. q̄ſtio. ❡ Ccxcj. q. eſt de pnia ſacriſtaꝝ nō faciētiū debita. Et dico ꝙ cuſtos qui nō facit ꝙ ad officiū ſuū ptinet peccat grauiter: ꝛ de hoc ſibi pnia iniungi debet de offi. cuſto. c. j. ꝛ. ij.

ccxcij. qo. ❡ Ccxcij. q. eſt de pnia epoꝝ nō inquirētiū ꝛ delicta nō corrigentiū. Et dico ꝙ epi q in diocesibꝰ nō inq̄rūt nec vlciſcuntur nec iudicāt adulteria

ꝛ ſcelera: ꝛ cū op⁹ eſt ad p̄dicta nō cōuocāt publicū auxiliū grauiť peccāt:
ꝛ de hoc ipſis vt grauiter peccātib⁹ pnīa imponi dꝫ. de officio ordi. c. j.
¶ Ccxciij. q. eſt de pnīa epoꝝ nō intēdētiū in correctiōe ſubditoꝝ. Et di- ccxciij. q̄o.
co ꝙ p̄lati eccl'iaꝝ q̄ ad corrigendū exceſſus ſubditoꝝ maxime clericoꝝ: ꝛ
reformādos mores ipoꝝ nō intēdūt grauiſſime peccāt ꝛ ſanguis ꝛ pctīn
ſubditoꝝ de ſuis manib⁹ requireť: ꝛ ipſis taliť pnīa imponi debet. eo. ti.
cap̄. irrefragabili. in principio.
¶ Ccxciiij. q. eſt de pnīa epoꝝ q̄ dignos p̄dicatores ꝛ coadiutores nō eli ccxciiij. q̄o.
gunt. Et dico ꝙ epī q̄ eccleſijs cathedralib⁹ ꝛ cōuentualib⁹ viros idone-
os q̄s poſſint aſſumere coadiutores ꝛ coopatores: taꝫ in officio p̄dicatio
nis ꝙ̄ in audiēdis ꝯfeſſiōib⁹ ꝛ penitētijs iniūgēdis. ꝛ ceteris q̄ ad ſalutē
ptinēt nō ordināt: grauiter peccāt: ꝛ cōtra p̄ceptū faciūt et ipſis vt grauiť
peccātib⁹ pnīa imponi dꝫ. eo. ti. c. inter cetera.
¶ Ccxcv. q. eſt de pnīa illi⁹ q̄ venit cōtra decrerū epī vel p̄ncipis. Et dico ccxcv. q̄o.
ꝙ veniēs ꝯtra decretū epī vel p̄ncipis: mortaliť peccat ꝛ ei vt peccāti mor
taliter pnīa imponi debet. de maio. ꝛ obedie. c. ij.
¶ Ccxcvj. q. eſt de pnīa eoꝝ qui veniūt ꝯtra ſtatuta ſynodalia. Et dic ꝙ ccxcvj. q̄o.
ſubditi q̄ faciūt cōtra ſtatuta ſynodalia epoꝝ q̄ nō cōtrarianť canonibuſ
grauiter peccāt ꝛ pnīa eis imponi dꝫ. eo. ti. c. ꝙ ſuper his.
¶ Ccxcvij. q. eſt de pnīa laicoꝝ q̄ negocia eccl'iaſtica tractant. Et dico ꝙ ccxcvij. q̄o.
laici q̄ eccl'iaſtica negocia tractare p̄ſumūt peccāt; ꝛ de hoc eis penitētia
imponi dꝫ. de iudicijs. c. decernimus.
¶ Ccxcviij. q. eſt de pnīa eoꝝ q̄ nō corrigūt ꝓximū peccātē. Et dico ꝙ q̄ ccxcviij. q̄o
nō corrigit ꝓximū peccātē ſꝫm regulā euāgelicā: ſi plat⁹ eſt peccat morta
liter: ꝛ talis pnīa ſibi imponi dꝫ. eo. ti. c. nouit. ꝛ notata ibi ꝑ doctores.
¶ Ccxcix. q. eſt de pnīa iudicū ſecłariū clericos iudicātiū. Et dico ꝙ qui ccxcix. q̄o.
cunqꝫ iudicū ſecularīū p̄ſbyteꝝ aut diaconū aut aliū clericū vel minores
eccl'ie ſine ꝑmiſſu pōtificis ꝑ ſe deſtringere aut cōdēnare p̄ſumpſerit ab
eccl'ia cui iniuriū irrogat: ſit ſecreſtat⁹ quſqꝫ reatū ſuū cognoſcat ꝛ emen
det: ꝛ ita dꝫ ſibi iniungi in pnīa de foro cōpe. c. ij.
¶ Ccc. q. eſt de pnīa clericoꝝ piurorū. Et dico ꝙ clerici ſe ꝑiurātes ab ec ccc. q̄ſtio.
cleſia debēt excludi. de iureiuran. c. tua nos.
¶ Ccci. q. eſt de pnīa epoꝝ nō ſeruātiū iuramēta. Et dico ꝙ epīs q̄ tranſ ccci. q̄ſtio.
grediunť iuramēta: tāto maior pnīa debet iponi: q̄nto maiori dignitate
preeminēt: ꝛ ideo eis cōpetēs pnīa dꝫ iniūgi. tex. in. c. q̄dam. eo. ti.
¶ Cccij. q. eſt de pnīa iurātiū nō loqui prī vel matri. Et dico ꝙ illis q̄ iu cccij. q̄ſtio.
rant nō loqui vel nō exhibere humanitatis ſubſidiū prī ꝛ matri vł ſorori
ꝛ fratri: iniūgi dꝫ pnīa cōpetēs de eo ꝙ male iurarūt: ſed iuramētū ſerua
re nō debēt. vt in preallegato. c. cū quidam.
¶ Ccciij. q. eſt de pnīa religioſi iurantis nō moraturum cū alio religio- ccciij. q̄o.
ſo. Et dico ꝙ ſi religioſus iracūdie calore ſuccēſus iurat ꝙ cum alio re-
gioſo in clauſtro religionis ſue nō morabitur; talis penitētia debet ſibi

iniungi vt alius quilibet exemplo eius deterritus ſimile ꝑtimeſcat: ꝛ in clauſtro ſuo ꝙ abiurare non potuit ſuam penitentiam exequatur. eodē titulo.c.ſicut ex litteris.

cciiij.qo. ¶Cciiij.q.eſt de penitētia ſe ꝑiurātis pro vita ꝛ reb⁹ ſaluādis. Et dico ꝙ ſi aliqui iuramētū inuiti faciūt pro vita ꝛ rebus ſaluādis: ꝛ illud iuramētū nō ſeruāt debet eis imponi penitētia tanꝙ pro veniali: ꝛ nō tanꝙ pro mortali crimine.eo.ti.c.verum.

ccv.qſtio. ¶Ccv.q.eſt de pnīa frequētātiū monaſteria monialiū. Et dico ꝙ ſi aliquis ſine iuſta ꝛ rationabili cauſa ꝛ manifeſta monaſteria monialiū frequētauerit: ſi cleric⁹ fuerit ab officio eccleſiaſtico ſeparat̄: ſi laic⁹ excōicat̄ ꝛ a cetu fideliū fit penit⁹ alienus: ꝛ ſic grauis penitētia debet talib⁹ imponi.de vita ꝛ honeſta.cleri.c.monaſteria.

ccvj.qo. ¶Ccvj.q.eſt de penitētia ſacerdotiſ retinētiſ feminā ſuſpectā. Et dico ꝙ ſi aliquis ſacerdos feminas de quib⁹ ſuſpicio poteſt eſſe retinuerit: ꝯtra prohibitionē iuris facit ꝛ grauiter peccat: ꝛ vt grauiter peccāti penitētia imponi debet.vt in.c.j.de cohabi.cle.ꝛ mulie. Jo.doctor. Etiam in foro tñ ꝯtētioſo vltra penas in iure ſtatutas cōtra cōcubinarios ꝛ hñte ſecū mulieres ſuſpectas: ſunt ſtatute pene contrahentes mulieres ſuſpectas in domo ſua vel aliena.vt habetur in conſtitutione cardinalis Sabinēſis q̄ incipit: q2 clericoꝝ nōnulli in ti.de cohabitatiōe clericoꝝ ꝛ mulieꝝ. vbi ſtatuit̄ ꝙ hñs publicā concubinā in domo ſua vel aliena: etiam ſi ſit prelatus ꝛ in dignitate cōſtitut⁹ poſt publicationē huius cōſtitutiōis ꝑ duos mēſes ſint priuati tantopere fructū ſuoꝝ bñficioꝝ ipo facto: ꝛ poſt alios duos mēſes alia tertia parte: ꝛ poſt alios duos menſes alia tertia parte: ꝛ ſic omnibus fructibus: et per alios quattuor mēſes ſint priuati oībus ſuis beneficijs.vt lati⁹ habet̄ in dicta cōſtitutione q̄ ponit̄ in volumine extrauagantiū ꝛ aliaꝝ cōſtitutionū. Ja.doctor.

ccvij.qo. ¶Ccvij.q.eſt de pnīa mlīeris ſedentis ītra cancellos ꝛ p̄ſbytero intra cācellos miniſtrātis. Et dico ꝙ ſi aliq̄ femina ad altare p̄ſumit accedere aut p̄ſbytero miniſtrare: aut intra cācellos ſtare aut ſedere: cōtra ꝓhibitionē iuris facit ꝛ grauiter peccat: ꝛ vt grauiter peccāti pnīa imponi dꝫ vt in p̄allegato.c.de cohabi.cle.ꝛ mulie.

ccviij.qo. ¶Ccviij.q.eſt de pnīa epī ordinātiſ aliquē ſine titulo. Et dica⁹ ꝙ ſi ep̄s aliquē ſine titulo de q̄ ſuſtētet̄ in diaconū vel p̄ſbyteꝝ ordinat tenet̄ ei neceſſaria ſubminiſtrare donec ei in aliq̄ eccl'ia bñficiū ꝯferat: niſi de patrimonio ſuo vel patris poſſit ſuſtētari: ꝛ ita cōfeſſor ſibi debet in pnīa iniūgere.de preben.c.ep̄s.ꝛ.c.cum ſecundum.

ccix.qo. ¶Ccix.q.eſt de pnīa epī ꝑmittētis aliq̄s hr̄e plures eccl'ias. Et dico ꝙ ſi ep̄s ꝑmittit aliq̄s duas vel tres vl' plures eccl'ias habere: et nō emēdat nec corrigit peccat mortaliter: q2 facit cōtra preceptū vt pro pcc̄o mortali penitentia ſibi iniungi dꝫ.eo.ti.c.q2 in tantum.

ccx.qſtio. ¶Ccx.q.eſt de pnīa litigātiſ beneficium iniuſte. Et dico ꝙ quicunqꝫ

litigans ſuper beneficio: nō habens iuſticiā nō poteſt aliqd recipere lici
te vt deſiſtat a lite: ꝛ ſi ex pactiōe preciū aliquod receperit illicite recipit:
ꝛ ad reſtitutionē tenetur: ꝛ ita debet ſibi iniungi penitentia. et idem in
alijs caſibus. de preben. c. niſi eſſent.

¶ Cccxj. q. eſt de penitentia tenētis beneficiū iniuſte. Et dico ꝙ ſi aliqs cccxj. qo.
aliquod beneficiū iniuſte tenet: debet dimittere beneficium et reſtituere
omnia q̄ ab illo bn̄ficio vel occaſiōe illi⁹ habuit: ꝛ ita ſibi in penitētia in-
iungi debet. de preben. c. dilecto. in fine.

¶ Cccxij. q. eſt de penitētia tenētiſ primū beneficiū curatū poſt receptio cccxij. qo.
nem ſecundi. Et dico ꝙ poſtꝙ̄ aliquis priuatus eſt ipſo iure prio benefi
cio curato per receptionē ſecundi curati: ſuperior teneť reſtituere eccleſie
prime: ꝛ etiam beneficiatus quantū receperit de fructibus a tempore va
cationis: ꝛ ita debet ipſis in penitentia iniungi. eo. titulo. cap̄. de multa.
idem in perſonatibus vt ibi.

¶ Cccxiij. q. eſt de penitentia prelati cōferentis beneficiuꝫ indignis. Et cccxiij. qo.
dic ꝙ prelatus qui perſonis indignis confert beneficia eccliaſtica cōtra
preceptū facit ꝛ peccat mortaliter: ꝛ tenetur reſarcire damna eccleſie pro-
pter hoc prouenientia: ꝛ ita ſibi in penitētia imponi debet pro pcc̄o mor-
tali ꝛ ꝙ de damnis ſatiſfaciat. eo. ti. c. graui.

¶ Cccxiiij. q. eſt de penitentia prelati ponētis penſionē in beneficio cu- cccxiiij. qo.
rato. Et dico ꝙ prelatus qui in diminutionem beneficij curati de prouē
tibus ipſius confert alteri penſioneꝫ peccat mortaliter: ꝛ ita penitere de
bet. eo. ti. c. extirpande.

¶ Cccxv. q. penitentia eorum qui ponūtur in loco viuorum ſacerdotuꝫ. cccxv. qo.
Et dico ꝙ quicūqꝫ ponuntur in loco viuorum ſacerdotum iniuſte: ab ec-
cleſiaſtica cōmunione ſunt pellendi: ꝛ ſic ipīs vt grauiter peccātib⁹ peni
tentia imponi debet. de cōceſſi. preben. c. j.

¶ Cccxvj. q. eſt penitētia tenētis menſuras iniuſtas. Et dico ꝙ ſi aliqs cccxvj. qo.
iuſtas mēſuraſ ꝛ iuſta pondera lucri cauſa non habuerit vel mutare pre
ſumpſerit. xxx. dies in pane ꝛ aqua peniteat. de emptio. ꝛ vendi. cap̄. ij. et
eſt canon. xvj. ſecundum hoſtienſem.

¶ Cccxvij. q. eſt de penitentia eorum qui trāſferūt in vſos humanos ꝙ cccxvij. qo.
ſemel deo dedicatum eſt. Et dico ꝙ iniuſticiaꝫ ꝛ impietatem cōmittit: et
grauiter peccat quicunqꝫ mancipia eccleſie vel illud ꝙ ſemel deo cōſecra
tum eſt ad humanoſ vſos tranſfert: ꝛ tali vt grauiter peccanti penitētia
imponi debet. de rerum permuta. c. mancipia. ꝛ. c. iniuſtum.

¶ Cccxviij. q. eſt penitentia mittentiū pecora in cimiterijs vel eccleſijs. cccxviij. qo
Et dic ꝙ illi qui mittunt pecora in eccleſia vel in cimiterijs ipſarū vel ad
alios hūanos vſos cōuertūt eccleſias vel religioſa loca impietatē cōmit
tunt ꝛ grauiter peccant: ꝛ vt peccātibus grauiter penitentia eis imponi
debet. vt in preallegato. c. mancipia. ꝛ. c. iniuſtum.

¶ Cccxix. queſtio eſt penitētia preſbyteri vel clerici pignorātis librū vel cccxix.

veſtimēta eccl'ie. Et dico q᷑ presbyt᷑ qui p̄ſumit calicē vel patenā vel veſti mētū ſacerdotalē vel librū eccl'iaſticū tabernario vl' negociatori vel cuili bet laico vel femine in pignus dare niſi iuſtiſſima neceſſitate vrgēte: cō tra prohibitionem iuris facit ꝛ grauiter peccat: ꝛ ſibi vt grauiter peccāti pnīa imponi debet. de pigno. c. j.

cccxx. q̄o. ¶ Cccxx. q. ē penitētia clerici ſoliti fide iubere. Et dico q᷑ cleric⁹ fideiuſ ſionib⁹ ſeruiēs ab eccl'ia abijcit᷑: ꝛ ſic grauiter peccat: ꝛ ſibi vt grauit᷑ pec canti pnīa imponi debet. de fideiu. c. j.

cccxxj. q̄o. ¶ Cccxxj. q. eſt pnīa bn̄ficiati q̄ nō reſtituit eccleſie oīa q̄ ab ipā habuit. Et dico q᷑ q̄cūq; p̄ſbyter habens eccl'iam: ꝛ ex ipſa eccl'ia predia vel alia q̄cūq; bona habuit vel acq̄ſiuit. ſi ipſi eccl'ie a q̄ habuit nō dimittit vl' car tā emptiōis alij in fraudē eccl'ie facit: ſacrilegiū ꝛ pctm̄ inde furis cōmit tit: ꝛ ipſi vt ſacrilego ꝛ grauiſſime peccāti pnīa vltra reſtitutionē ad quā tenetur imponi dꝫ. de pecul. cleri. c. j. ij. iij. iiij.

cccxxij. q̄o. ¶ Cccxxij. q. eſt pnīa executoꝝ qui in alios vſus ꝯuertūt relicta a defun ctis q᷑ in teſtamētis cōtinet᷑. Et dico q᷑ executores teſtamētoꝝ q̄ pecuni am ꝛ alia bona q̄ per man⁹ eoꝝ ex teſtamētis decedētiū in vſus pios dn̄t expendi alijs vſibus applicant cōtra prohibitionem iuris faciūt: ꝛ ideo ipīs vt grauiter peccantibus penitētia imponi debet. de teſta. c. tua nos vbi bene ponitur.

cccxxiij. q̄o. ¶ Cccxxiij. q. eſt pnīa heredū nō ſatiſfaciētiū ꝓ defunctis. Et dico q᷑ he redes illi⁹ q̄ pro homicidio. incēdio. ſacrilegio. vel violatione eccl'iaꝝ fuit excōicat⁹: ꝛ nō ſatiſfecit: ſi nō ſatiſfaciūt ꝓ eo cēſura eccl'iaſtica ꝯpellunt᷑: ꝛ ſic grauiter peccāt ꝛ ipſis vt grauiter peccātibus penitētia imponi de bet. de ſepultu. c. vltimo.

cccxxiiij. q̄o ¶ Cccxxiiij. q. eſt penitētia clericoꝝ nō ſoluentiū decimas. Et dico q᷑ cle rici q̄ ab alijs eccleſijs ſacramēta recipiūt decimas eis dn̄t: ideo decimas dn̄t ſoluere: ꝛ ita dꝫ ipīs iniūgi. alias ipīs vt grauit᷑ peccātibus pnīa im poni dꝫ. de deci. c. nouū genus.

cccxxv. q̄o. ¶ Cccxxv. q. eſt pnīa religioſoꝝ nō ſeruātiū regulā: ꝛ abbatū nō vigilan tium ſup religioſos. Et dico q᷑ religioſus q̄ retinet aliq̄d propriū vel in oratorio dormitorio ꝛ in clauſtro ſilētiū non obſeruat. ꝛ abba⁹ vel q̄cūq; prelatus religioſoꝝ q̄ nō adhibet vigilē curā ꝛ diligētē ſolicitudinē circa religioſos ſuos ſtādo cum eis in cōuētu q̄nto frequēti⁹ poterit: ꝛ eos ca ſtigādo ſi ꝓpter neglīgētiā ei⁹ religioſi delinquūt mortalit᷑ peccant: ꝛ vt mortaliter peccātib⁹ pnīa eis iponi dꝫ. vt in. c. cū ad monaſteriū. §. j. et. ij. ꝛ. §. abbas. de ſtatu monacho.

cccxxvj. q̄o ¶ Cccxxvj. q. eſt cōdēnati litigātis ſup bn̄ficio vt reſtituat fructus pce ptos. Et dico q᷑ ſi cleric⁹ litigat cū alio ſup bn̄ficio ꝛ vict⁹ ē oēs fruct⁹ q̄s ex bn̄ficio pcepit medio tp̄e reſtituere tenet᷑: ꝛ ita ſibi pnīa iniungi dꝫ. de iure patro. c. cum dilectus. in fine.

cccxxvij. q̄o ¶ Cccxxvij. q. eſt pnīa p̄ſbyteri in pctō mortali celebrātis vl' nō dicēt' ver

ba cōſecratoria. Et dic ꝙ ſi p̄ſbyť in mortali crimine ꝯſtitutꝰ miſſam cele
brauerit grauiter peccat: ſi obmiſſis verbis q̄bus conficiť corpꝰ xp̄i panē
ꝛ vinū tantūmodo purū ſumit grauiꝰ peccat. ideo pnīa ei imponi debet
in p̄mo caſu vt ꝓ crimīe graui: in ſcđo vero caſu vt pro crimine grauiori
de cele. miſſa. c. de homine.

¶ Cccxxviij. q. eſt pnīa p̄ſbyteri nō recte celebrātis. Et dico ꝙ p̄ſbyter cū pane fermētato ꝛ i cipho ligneo ꝛ ſine vino ꝛ aqua ſacrificat: officio ꝛ beneficio ꝑpetuo priuať. co. ti. c. litteras. cccxxviij.

¶ Cccxxix. q. eſt pnīa p̄ſbyteri incaute dimittētis euchariſtiā. Et dico ꝙ ſi p̄ſbyter incaute dimiſit euchariſtiā vel quoduiſ nephādū acciderit: tribus mēſibꝰ ab officio ſuſpēdiť. de cuſto. eucha. c. j. cccxxix. q̄o.

¶ Cccxxx. q. eſt pnīa corꝫ qui in q̄drageſima vel in ſabbato tp̄e famis: vľ ꝓpter neceſſitatē infirmitatis carnes comedūt: ꝛ dic ꝙ ſi aliquis ꝓpter inopiam panis tp̄e famis carnes comederit: vel ſi aliqui propter debilitatē in periculo cōſtituti in ſabbato carnes comedūt: vel ſi aliqui in quadrageſima vel alijs ieiunijs ſolēnibus infirmanť: ꝛ propter neceſſitateꝫ vrgentē carneſ ſumūt: in p̄dictis caſibꝰ ꝓpter periculū ꝛ neceſſitatem famis ꝛ infirmitatiſ nō eſt pnīa iniungēda: niſi ad maiorē cautelā aliq̄ penitētia imponať: q: bonaꝝ mētiū eſt ibi timere culpā vbi culpa nō eſt vľ minime reperiť: de obſerua. ieiu. c. cōſiliū. §. cū aūt. cum duobꝰ parragraphis ſequētibꝰ. vſq; ad finē. capľi. cccxxx. q̄o.

¶ Cccxxxj. q. eſt an ſit ipōnēda pnīa illis q̄ in die natiuitatis cū ꝯtingerit venire. in. vj. feria carnes comedūt vel ex deuotiōe a carnibꝰ abſtinēt tali die. ꝛ dico ꝙ ſi feſtū natiuitatis dn̄i in ſexta feria venire cōtingerit illi q̄ nec voto: nec regulari obſeruātia ad abſtinentiā carnaliū ſunt aſtricti die illa propter excellētiā feſti: carnibus vti poſſunt: ſcđm conſuetudinem eccleſie generalē. ꝛ ideo talibus non eſt aliqua penitētia imponenda: nec etiā eſt imponēda penitētia illis qui ob deuotionē illa die a carnibus abſtinere voluerint. de obſeruatione ieiu. c. explicari. cccxxxj. q̄o.

¶ Cccxxxij. q. eſt pnīa imponētiū exactiōes clericis vľ eccľijs. ꝛ dic ꝙ imponētes eccľijs vel viris eccleſiaſticis exactiōes ad ſatiſfactionē teneanť. de immuni. eccle. c. nō minꝰ. in fine. ꝛ. c. aduerſus. in principio. cccxxxij. q̄o

¶ Cccxxxiij. q. eſt penitētia prelatoꝝ qui plus extorquēt a ſubditis ꝙ teneanť: ꝛ dico ꝙ p̄lati q̄ vt ſeruiciū faciūt alicui plus extorquēt a ſubditis quā ſoluant vt facientes cōtra ꝓhibitionē peccāt mortaliter: ꝛ ſic exacta reſtituere teneanť ꝛ aliud tm̄ coguntť paupibꝰ elargiri: ꝛ ita eiꝰ i penitētia iniungi dꝫ. co. ti. c. q: plerīq;. cccxxxiij. q̄.

¶ Cccxxxiiij. q. eſt penitētia illiꝰ q̄ iurauit ſpōſam vnius fratris dare alteri fratri. Et dico ꝙ ſi aliquiſ iurauit ꝙ filiam ſuā deſponſatā cum vno fratre: ſi ille eam h̄re nō poſſit: alteri fratri ipſius daret nō debet impleri iuramentum: ſed de illicito iuramento eſt ei penitentia imponēda de ſponſa. cap. ad audientiam. cccxxxiiij. q̄

cccxxxv.qo. ¶ Cccxxxv. queſtio eſt penitentia p̄ſbyteri intereſſentis clādeſtinis ſpō
ſalibus. Et dico ꝙ ſacerdos qui intereſt clandeſtinis ſponſalibus trib⁹
annis penitere debet. de clan. deſpo. c. cum inhibitio. ⁊ eſt canō quartus
ſecundum hoſti. ⁊ xviij. ſ̄m ſpecu.
cccxxxvj. q̄. ¶ Cccxxxvj. queſtio eſt de penitentia accipientiū ſponſam alterius de
preſenti. Et dico ꝙ accipiens ſponſam alterius de preſenti: ſeptē annis
⁊ xl. diebus in pane ⁊ aqua penitere debet. de ſponſa. duo. cap̄. accepiſti.
⁊ eſt canon. x. ſ̄m hoſtienſem.
cccxxxvij. q̄. ¶ Cccxxxvij. queſtio eſt penitentia contrahentis contra interdictum ec
cleſie. Et dico ꝙ contrahens contra interdictum eccleſie vno menſe vel
ad arbitrium eccleſie penitere debet. de matri. contract. contra interdict.
eccleſie. capitulo primo.
cccxxxviij. ¶ Cccxxxviij. queſtio eſt penitentia accuſantis aliū calumnioſe. Et dic
ꝙ ſi aliquis calumnioſe ⁊ iniuſte accuſauit aliquē: ⁊ per ſuam accuſatio-
nem occiſus eſt. xl. diebus in pane ⁊ aqua: cum ſeptē ſequētibus annis
Attende ꝙ debet penitere. Si autem propter illam accuſationē debilitatus eſt: per
tres ſ̄t qua tres quadrageſimas penitere debet. de accu. c. accuſati. ⁊ licet alij aliter
drageſime intelligant. ſpec. intelligit ꝙ prius ieiunabit. xl. dieb⁹. ⁊ poſt per. vij. an-
ī quolibet nos. Et in ſecundo caſu ieiunabit ꝑ tres quadrageſimas. Prima eſt an-
āno īſtitu- te feſtum natiuitatis domini. Secunda ante paſcha. Tertia ante feſtū
te a beato. ſancti ioannis. nam iſti ſunt quadrageſime penitentiū quas beat⁹ Pe-
trus inſtituit ſicut in cronicis habetur. hec probant̄ in. c. j. ⁊ iij. xxij. q. v.
⁊ in. c. quicunq̄. vj. q. j.
cccxxxix. q̄. ¶ Cccxxxix. queſtio eſt penitentia dantium vel recipientium aliquid ꝓ
ſacramentis. Et dico ꝙ dantes ⁊ recipientes aliquid ꝓ ſacramentis vel
pro ingreſſu religionis vel pro ſepultura: vel pro receptiōe olei ⁊ criſma-
tis pretextu cuiuſcunq̄ conſuetudinis: vel pro ordinatione: vel ꝓ cauſa
ordinis: vel collationis beneficij: vel pro epiſcopis: vel abbatib⁹: vel qui-
buſcunq̄ perſonis introducendis in eccleſia: vel̄ pro conſenſu in electiōe
alicuius preſtando: vel pro contradictiōe quietanda: vel pro abſolutiōe
excōmunicatiōis facienda. omnes predicti ſimoniaci ſunt: ⁊ ſi pacto in-
teruenienie aliquid datum ⁊ receptum fuit: recipientes ad reſtitutionē
tenentur omnium ſic receptorum: ⁊ ſimoniac⁹ nō poteſt miſſam celebra
re. nam omnis peccator miſſā cantare poteſt preter ſimoniac⁹: ⁊ ita ſibi
in penitētia iniungi debet. de ſimo. c. j. ⁊ c. accuſatū. ⁊ c. tāta. ⁊ c. nō ſati⁹.
⁊ cap̄. cū in eccleſie. ⁊ c. de hoc. ⁊ c. ea q̄. ⁊ c. matheus. ⁊ c. de regularibus
⁊ c. quoniam. ⁊ c. vltimo.
cccxl. qo. ¶ Cccxl. queſtio eſt penitentia confeſſoris qui impenitentem recōciliat
vel penitentem a reconciliatione remouet. ⁊ dico ꝙ ſi aliq̄s ſacerdos cō-
feſſor aliquē peccatorē impenitētē gr̄a vel fauore recōciliat vel̄ teſtimoniū
recōciliatiōis pro ipſo dat vel pctorē penitētē q̄cūq̄ liuore a recōciliatio-
ne remouet ſimoniac⁹ eſt: ⁊ de tali ſimonia penitere d₃. eo. ti. c. nemo.

¶ Cccxlj.q.eſt pnīa alentiū pueros iudeoꝝ: ⁊ pn̄cipiū auferētiū iudeis cccxlj.q̄o.
vel infidelib⁹ poſſeſſiones vel hereditates. Et dico ꝙ chriſtiani q̄ ſub ob
tentu alendi pueros iudeoꝝ: vel pro ſeruitio vel alia q̄libet cauſa cū iude
is in eoꝝ domib⁹ habitauerint excōicari debēt: ⁊ ſic grauiter peccāt et vt
grauiter peccātibus penitētia eis imponi dꝫ. Et principes ⁊ poteſtates
ꝑmittētes ꝙ iudei ad fidē xp̄ianā cōuerſi a poſſeſſiōib⁹ ſuis excludant̄:
⁊ nō faciētes eis portionē hereditatꝭ ſue ⁊ bonoꝝ ſuoꝝ exintegro exhibe
ri etiā grauiter peccāt: ⁊ vt grauit̄ peccātib⁹ penitētia ip̄is imponi debet
de iude.c.iudei.in.j.rn̄.⁊.§.vltimo.

¶ Cccxlij.q.eſt pnīa xp̄ianoꝝ miniſtrātiū ſarracenis ferrū ⁊ alia vl̄ adiu cccxlij.q̄o.
uantiū eos in galeis ⁊ nauib⁹. Et dico ꝙ q̄cūqꝫ xp̄iani ſarracenis arma
ferrū ⁊ ligamina galeaꝝ miniſtrāt: vl̄ in galeiꝭ ⁊ nauib⁹ ſarracenoꝝ regi
mē ⁊ curā gubernatōis exercēt ab eccl̄iaſtica cōione p̄ciſi ⁊ excōicati ſunt
ideo ꝑus dn̄t abſolui: ⁊ poſtea dꝫ eis penitētia imponi vt ꝓ graui crimi
ne: ⁊ totū ꝙ ex illo cōmertio perceperint: ⁊ aliud tm̄ de ſuo ſubſidiū terre
ſancte dn̄t trāſmittere: ⁊ ita eis pnīa iniūgi dꝫ eo.ti.c.ita quorūdā.⁊.c.ꝙ
olim.⁊.c.ad liberandum.in fine.

¶ Cccxliij.q.eſt pnīa ſeruiētiū iudeis ⁊ nutrientiū filios eoꝝ. Et dico ꝙ cccxliij.q̄o.
xp̄iani q̄ ſeruicio iudeoꝝ ſe aſſidue pro aliq̄ mercede exponūt ⁊ obſtetri
cibus ⁊ nutricib⁹ filioꝝ iudeoꝝ: tanq̄ ꝓ graui crimine pnīa imponi dꝫ:
qꝛ cōtra ꝓhibitionē iuris faciūt.eo.ti.c.ad hoc omnibus.

¶ Cccxliiij.eſt pnīa xp̄ianoꝝ inferētiū grauamina iudeiꝭ. Dico ꝙ q̄cūqꝫ cccxliiij.q̄o
xp̄ian⁹ aliquē iudeū occiderit: vel vulnerauerit vel bona ſibi abſtulerit:
vel bonas ſuas ꝯſuetudines imutauerit vl̄ in celebratiōe feſtiuitatū ſua
rū iudeos fuſtib⁹ vel lapidib⁹ ꝑturbauerit: vl̄ a iudeiꝭ coacta ſeruitia exe
gerit vel cimiteriū iudeoꝝ mutilauerit vl̄ inuaſerit vl̄ obtētu pecunie cor
pora humana effoderit grauit̄ peccat: ⁊ vt pro graui crimine eſt ſibi peni
tentia imponenda.eo.ti.ca.ſicut iudei.

¶ Cccxlv.q.eſt pnīa cōmittētiū iudeis officia publica. Et dico ꝙ aliq̄s cccxlv.q̄o.
publica officia iudeis cōmiſerit grauiter peccat. ⁊ vt ꝓ graui crimine pe
nitētia ſibi imponi debet.eo.ti.cum ſit.

¶ Cccxlvj.q.eſt pnīa hereticoꝝ ⁊ ſciſmaticoꝝ. ⁊ dico ꝙ om̄is heretic⁹ et cccxlvj.q̄o.
ſciſmatic⁹ cū diabolo ⁊ angelis ei⁹ eterni ignis incēdio deputat̄. ⁊ ſic ꝓ
hereſi ⁊ ſciſmate vt ꝓ grauiſſimo crimine penitētia imponi debet.de he
reticꝭ.cap̄.firmiſſime.

¶ Cccxlvij.q.eſt pnīa mł̄ierꝭ filiū ſuū interficiētꝭ. Et dico ꝙ ſi aliq̄ mu cccxlvij.q̄o
lier filiū ſuū iterfecerit dꝫ ſibi iponi pnīa ꝙ ad aliq̄d monaſteriū trāſeat
in quo pc̄cā ſua ꝑpetua deploret.de his qui filios occide.c.j.

¶ Cccxlviij.q.eſt pnīa parētū ſuffocātiū filios in lecto. Et dicas ꝙ ſi pa cccxlviij.q̄.
ter vel mater in lecto filiuꝫ ſuffocauerit pnīa triū annoꝝ ſibi imponi dꝫ.
ita ꝙ vnū in pane ⁊ aqua peragat.eo.ti.c.ij.

¶ Cccxlix.eſt pnīa interficiētꝭ furē vel latronē. ⁊ dico ꝙ interficiēs furē cccxlix.q̄o.

vel latronē qñ poterat cōprehēdi ſine occiſiōe.xl.dies nō dꝫ intrare eccliā
ꝛ lanea veſte indut⁹ ab eſcis ꝛ potib⁹ abſtineat: ꝛ a toro ꝛ gladio ꝛ eqta
tu:etiam in dieb⁹ iſtis.ꝛ in tertia ꝛ qnta feria ꝛ ſabbato ieiunare debet:
ꝛ vti paruis piſciculis ꝛ leguminibus. Si aūt nō poterat aliter ſe libera
re:nec ſua:ꝛ eum qs interficit:nō tenet agere penitentiā:niſi de conſilio
voluerit ieiunare quod bonū erit:ꝛ elemoſynā facere:ꝛ hoc in laicis. Si
preſbyter tamē fecerit hoc:nō deponitur:tñ penitentiā agere debet dum
vixerit:vt eſt tex.in.c.ij.de homicid.

ccl.qſtio. ¶ Cccl.q.eſt penitētia dātis aliqd homini vl mulieri vt nō poſſit gene
rari vel concipere:vel aborſum facientis. Et dico ꝙ ſi aliquis homini vel
mulieri aliquid fecerit vel ad potādū dederit vt nō poſſit generare vel cō
cipere vel naſci ſoboles:homicida eſt:ꝛ tanꝙ homicide ſibi penitētia im
poni debet.eo.ti.c.ſi aliquis.

cclj.qſtio. ¶ Cclj.q.eſt de penitētia illius qui percuſſit puerū intuitu diſcipline.
Et dico ꝙ ſi aliqs pſbyter intuitu diſcipline puerū pcuſſit:ꝛ ex iſta pcuſ
ſiōe mortuus eſt:iſte talis pſbyter debet ab altaris miniſterio perpetuo
remoueri:ꝛ ab officio ſacerdotali deponi.vt eſt tex.in.c.preſbyterū.eo.ti.
ꝛ eſt iſte canon.vij.ſcōm ſpecu.

cclij.qo. ¶ Cclij.q.eſt pnia exercētiū artē balliſtarioꝝ ꝯtra xpianos. Et dico ꝙ
qui artē mortiferā balliſtarioꝝ ꝛ ſagittarioꝝ aduerſus xpianos ꝛ catho
licos viros exercet:grauiter peccat:ꝛ tanꝙ pro graui crimine eſt ſibi peni
tentia imponēda.de ſagitta.c.vnico.

ccliij.qo. ¶ Ccliij.queſtio eſt penitentia depredantium de loco ad locū. Et dico
ꝙ raptores qui de loco ad locum iter faciunt:ꝛ rapinas et depredatiōes
agunt:ꝛ illi qui violenter rapinā ꝛ violationes eccleſiarū faciunt: et illi
qui romanos vel alios ꝓ negatiōe vel aliis honeſtis cauſis nauigio ve
ctos:capere:vel rebus ſuis ſpoliare preſumūt: ꝛ illi qui xpianos naufra
gium patiētes:dānata cupiditate ſpoliāt rebus ſuis:ſunt excōicati a iu
re:ꝛ nō ſunt abſoluendi:donec omnia ſic ablata vel facta reſtituāt ꝛ emē
dent:ꝛ niſi hoc fecerint:vel ſecuritatem plenam dederint:de ſatiſfacien
do penitentia eis etiam in articulo mortis deneganda eſt:ꝛ ſi dederit ſe
curitatem:ꝛ receperit penitentiam:ſi ad ſanitatem venerit ꝛ non ſatiſfe
cerit:nihil prodeſt ſibi ſolēnitas penitentie:tamē de peccato cōtrito cor
de:viaticum non negetur.ꝛ ita vt nullus preſbyter ſepulture ei⁹ interſit:
nec eius elemoſynas recipere pſumat:alias punitur: ꝛ de hoc eſt tex.in
c.j.ꝛ.ij.ꝛ.iij.de rapto.ꝛ incen.

ccliiij.qo. ¶ Ccliiij.q.eſt de penitētia furantiū aliquid ꝓpter neceſſitatē famis.ꝛ
dico ꝙ ſi qs propter neceſſitatē famis vel nuditatis furatus fuerit:ciba
ria veſtē vl pecudē:peniteat tres hebdomadas.ſi aūt reddiderit:nō cogi
tur ieiunare.de furtis.c.ſi quis ꝓpter neceſſitatem.

cclv.qo. ¶ Cclv.qſtio eſt pnia vſurarioꝝ. Et dico ꝙ vſurarij māifeſti nō debēt
admitti ad cōionem altaris:nec ad xpianam ſepulturā:niſi prius reſti

tuant omnes vſuras extortas ſeu perceptas ipſis a q̇bus eas receperint
vel ipſorū heredibus vel iſtis non ſuperſtitibus pauperibus reſtituant
ſi habuerint vnde illa reſtituere poſſit: alias autem ſupradicti carere de-
bent eccleſiaſtica ſepultura: ⁊ eorum oblationes nullus debet recipere:
alias qui eas acceperit reſtituere compellatur: ⁊ ad arbitrium ſui epiſco
pi caſtigetur: interim remanente ſuſpenſo ab officij ſui executione. vt eſt
textus in capitulo. Quia in omnibus. ⁊ cap̄. Cum tu de vſuris. Qui au-
tem dicantur manifeſte vſurarij: habetur eodem titulo. c. in ciuitate. ⁊. c.
cōſuluit. ⁊ capitulo vltimo.

¶ Cclvj. queſtio eſt penitentia dicentis falſum teſtimoniuȝ. ⁊ dic ꝙ di cclvj. q̄o.
cens falſum teſtimoniū coactus ſi non ſequitur mors: duobus annis ſi
ſponte quinqȝ annis peniteat: in concilio celebritano in antiqua; de cri
mine fal. c. primo. §. primo.

¶ Cclvij. q. eſt penitētia falſantis litteras regis. Et dico ꝙ clericus fal cclvij. q̄o.
ſans lr̄as regis deponit̄: ⁊ imprimit̄ ei caracter ⁊ in exilium mittit̄. et ſic
grauiter peccat: ideo pro graui crimine penitentia ei imponi debet. vt in
c. ad audientiam. de crimine fal.

¶ Cclviij. q. eſt penitētia falſantis lr̄as ap̄licas. Et dico ꝙ falſarij litte cclviij. q̄o.
rarū ap̄licarum excōicati ſunt: ideo ꝑus abſolui debēt ⁊ poſt pn̄ia eis im
poni. ſ. q2 iā ſunt anathematis vinculo innodati: ſi ſunt clerici debēt per
petuo ꝑuari officijs ⁊ bn̄ficijs ⁊ degradati tradi curie ſeculari per legitti
mas cōſtitutiones puniēdos. Si laici fuerint tādiu maneāt excōicatiōi
ſubiecti donec ſatiſfaciāt cōpetenter. tex. eſt in. c. cura. ⁊. c. ad falſariorum
de crimine fal.

¶ Cclix. q. eſt pn̄ia ſortilegioꝝ. Et dico ꝙ nullꝰ p̄ſumat iſtas diuinatio cclix. q̄o.
nes ſeu ſortilegia facere. ⁊ ſi laicus hoc fecerit. xl. dies peniteat. ſi aūt cle-
ricus ſimplicitate ⁊ nō malicia: cauſa reqrēdi vel inueniēdi furtū factuȝ
eccleſie nō cōuocādo demoniū: ſed tm̄ inſpectione aſtrolabij hoc fecerit
peniteat per annū abſtinēdo. ſ. per annū ab altarꝭ miniſterio q̇ grauiſſi
mum fuit hoc. vt in. c. j. ⁊. ij. de ſortile.

¶ Cclx. q. eſt pn̄ia pueroꝝ. Et dicendū eſt ꝙ pueris. vij. annoꝝ mitior cclx. q̄o.
penitētia eſt imponēda ꝓ mēdatijs. periurijs. ⁊ furtis ꝙ alijs maioribꝰ
ratione etatis. tex. in. c. j. de delictis puerorum.

¶ Cclxj. q. eſt pn̄ia clericoꝝ venatoꝝ. Et dico ꝙ ep̄s p̄ſbyter vel diaconꝰ cclxj. q̄o.
vel alius clericꝰ nō debet eſſe venator nec canes vel accipetres vel falcōes
ad venādū habere: ⁊ ſi ꝯtrariū fecerint ſi ep̄s fuerit tribꝰ mēſibꝰ a cōione
ſi presbyter duobus: ſi diaconus ab omni officio ſuſpēdatur. tex. eſt in. c.
j. ⁊. ij. de cleri. venato.

¶ Cclxij. q. eſt penitentia blaſphemantium. ⁊ dico ꝙ blaſphemans de cclxij. q̄o.
um vel virginem mariam: vel alium ſanctum debet ſubire ei penitentiā
ſequētez per ſuū ep̄m imponēdā. ſ. ꝙ. vij. diebꝰ dn̄icis ante fores eccl̄ie in
manifeſto dū miſſarū ſolēnia celebrātur exiſtat blaſphemꝰ vltimo illoꝝ

die dñico palliũ nec calciamēta nō habeat ligat⁹ corrigia circa collum: ſe ptemq; pcedētibus.vj. ferijs ieiunet in pane ⁊ aqua: ecc̄liā nullaten⁹ ingreſſurus: ⁊ inſup reficiat tres aut duos aut vnū pauperē. ⁊ ſi nō habuerit facultatē in aliā penā dʒ ſibi cōmutari: ⁊ inſuper ſi diue⁹ fuerit p temporalē poteſtatem. pena. xl. ſolidorum: ⁊ ſi ad hoc nō ſufficiat. xxx. vl̄. xx. mulctetur. eſt tex. in. c. j. ⁊. ij. de maledicis. Jo. doctor. Cōtra blaſphemātes plures pene imponuntur in foro cōtentioſo: tam de iure canonico q̄ de iure ciuili q̄ de iure regni. vt in ſuis titulis latius cōtinetur: ſignant in. viij. libro. ti. De las blaſſemias. in li. vulgariter nuncupato Jſabelina in. li. j. ij. ⁊. iij. Jacobus doctor.

cccl xiij. qo. ¶ Ccclxiij. q. eſt penitētia clericoꝝ excōicatoꝝ vel ſuſpenſoꝝ celebrātiū. ⁊ dic q̄ ſi cleric⁹ excōicat⁹ vel depoſit⁹ vel degradat⁹ vel interdict⁹ officia diuina celebrat. ſi depoſitus vel degradat⁹ aliqua miniſteria ſibi interdicta tractare preſumit: aut agere. ⁊ ab epiſcopo ſuo correptus perdurauerit in preſumptiōe excōmunicatur: ⁊ quicunq; cum eo cōicauerit ſimiliter ſciat ſe excōmunicatū. Et ſi aliq̄s iſta. ſ. excōicatiōes vl̄ degradatiōes cōtempſerit per ptātem ſecularē in exiliū deputetur. Si aūt ſuſpēſus vel interdictus celebrauerit ⁊ monitu⁹ non deſiſtit deponitur. niſi miſericorditer agatur cum eo diſpenſando. tex. eſt in. c. j. ⁊. ij. et. iij. et. iiij. de clerico excō. depo. miniſtran.

ccclxiiij. qo ¶ Ccclxiiij. q. eſt penia clerici recipientis ordines furtiue. ⁊ dico ſi aliq̄s taliter ordines recipit ſi iā erat prohibitū ſub interminatiōe anathematis q̄ in hoc nō fieret iſte talis debet itrare mōaſteriū: ⁊ ibi agere penitētiam ad arbitriū epiſcopi: ⁊ poſtmodum ad ſupiores ordines pōt aſcendere ſi viſum fuerit epō. Si aūt ante interminationē anathemat; tūc impoſita ſibi pnīa ad arbitriū ſufficienti. ex diſpēſatiōe epī poterit in ſuſceptis miniſtrare ⁊ ſuſcipere maiores; de hoc eſt text⁹. in. c. j. ij. ⁊. iij. de eo qui ordi. furti. recepit.

ccclxv. qo. ¶ Ccclxv. q. eſt penitētia ſodomiticoꝝ. Et dico q̄ ſi clericus inuētus fuerit ſodomiticus debet deijci a clero ⁊ in monaſterium detrudi ad agēdaʒ penitētiā. Si aūt laicus fuerit excōicatiōe ſubdat: ⁊ a cetu fideliū fiat penit⁹ alien⁹. vt in. c. clerici. de exceſ. prela. ⁊ hoc pctm̄ mai⁹ eſt q̄ ſi quis matrem cognoſceret: ⁊ ideo maior penitētia imponi debet. xxxij. queſti. vij. cap̄. adulterij malum.

ccclxvj. qo. ¶ Ccclxvj. q. eſt de pnīa violātiū interdictū. ⁊ dico q̄ cleric⁹ vel plat⁹ violan⁹ interdictū. iuriſdictiōe ⁊ clauiuʒ poteſtate ſe priuat. tex. eſt in. c. fin. de exceſſibus prelatorum.

ccclxvij. qo ¶ Ccclxvij. q. eſt pnīa eoꝝ q̄ diuerſimode alios damnāt. Et dico q̄ pcutiens aliquem reſtituere tenetur operas q̄s perdidit facere: ⁊ expēſas q̄s fecit percuſſus propter percuſſionē: ⁊ aperiens ciſternam in qua bos vel aſinus cecidit vel non cuſtodiens bouem cornupetam damnū dantē: et ledens agrum vel vineam alterius ⁊ dimittens iumētum ſuum depaſce

re aliena ⁊ ſuccēdens ignem cremantem aceruos frugum: ſegetes ſtan-
tes in agris. omnes iſti tenentur reddere eſtimationē ⁊ damna reſarcire
⁊ reſtituere ipſis quibus venerunt: ⁊ ille qui voluntarie incendit domū
vel arcam alicuius vel alio modo damnū dans: ⁊ animalia ſua nociua
non cuſtodiens: incenſa omnia reſtituat: ⁊ tres annos peniteat. vt de in
iurijs. c. j. ij. iij. iiij. v. vj. ⁊ vltimo.

¶ Cclxviij. q. eſt penitentia facientiū plures mortes vel deſtructiōes. ⁊ cclxviij. q.
dico ꝙ peccās manifeſte manifeſtam penitētiam debet agere. Interfici-
ens clericum preſbyterum. xij. annoꝝ penitentia ſecundū canones ei im
ponatur. ⁊ ſi laicus eſt vſqꝫ ad vltimū tēpꝰ vite ſue cingulo militie careat
⁊ abſqꝫ ſpe coniugij maneat. vt tex. in. c. j. ⁊. ij. de pe. ⁊ remiſ. ⁊ illi cuius oc
caſione multe domus deſtruunt: ⁊ multi hoīes interficiuntur: et multa
mala cōmittunt. oībus iſtis pnīe arbitrarie imponunt circa ſpecies cir-
cūſtātijs delictoꝝ. vt eſt tex. in. c. iij. eo. ti.

¶ Cclxix. q. eſt pnīa mlier/ ſupponētis ptū. ⁊ dico ꝙ mlieri q̄ partū alie cclxix. q̄o.
nū viro ſuo ſuppoſuit eſt imponēda pnīa ſufficiēs ad arbitriū ſacerdotiꝰ
etiā durāte ipſa malicia ꝙ̄ nō audet detegere marito: nā ſicut mlīere q̄ ex
adulterio filiū ſuſcepit pnīa nō negat: nec etiā ipī mulieri ſupponēti. vt
eſt tex. in. c. officij. eo. ti.

¶ Cclxx. q. eſt penitētia reuelantis confeſſionē. Et dico ꝙ ſacerdos cō- cclxx. q̄o.
feſſor debet inquirere circumſtantias peccatoris ⁊ peccati. vt tex. in. §. ſa
cerdos. in. c. omīs vtriuſqꝫ. eo. ti. ⁊ reuelans cōfeſſionem vel prodēs pec-
catorē verbo aut ſigno: aut aliquouis modo. ab officio ⁊ beneficio depo-
nitur ad agendam penitentiam perpetuam in monaſterio detrudit. vt
in preallega. §. ſacerdoꝫ. in fine.

¶ Cclxxj. q. eſt pnīa excōicātis iniuſte. ⁊ dico ꝙ excōicans aliū iniuſte cclxxj. q̄o.
vno mēſe ſuſpēſus eſt de ſen. excō. c. ſacro.

¶ Cclxxij. q. eſt penitētia falſarij. et dico ꝙ falſariꝰ ꝙ̄ diu viuit in pane cclxxij. q̄o
⁊ aq̄ penitere dꝫ de verbo. ſigni. c. nouimꝰ. in fine. ⁊ eſt canon. viij. ꝑm ſpe
cu. regula tamē generalis eſt ꝙ cōfeſſor ſemper imponat penitētiā ꝑ cō-
traria. vt auaro iniungat elemoſinā. guloſo ieiunium. ⁊ ſic de ſimilibuꝰ.
vt in. c. de regulis iuris.

¶ Cclxxiij. q. eſt penitentia recipientiꝰ beneficium curatum ⁊ ſe nō pro cclxxiij. q̄.
mouentis. Et dico ꝙ ſi aliquis non intendēs promoueri ad ſacerdotiū
recipit parrochialem eccleſiam: vt fructus ex ea per annum percipiat: et
ipſam poſtmodum dimittat: ⁊ poſtmodum voluntate mutata non fue-
rit promotus: tenetur ad reſtitutionem fructuum quos ſic recipit: et eti-
am prelatus qui contulit dictam eccleſiam illi cum nō crederet eum ad
ordinem ſacerdotij promouendum tenetur etiam reſtituere: qꝛ diuinaꝫ
offenſam incurrit ⁊ obligatus eſt ad ſeruandam dictā eccleſiam indem-
nem: ⁊ ita predictis debet iniungi in penitentia. de electi. libro ſexto. ca.
cōmiſſa. §. penul. ⁊ vltimo.

cclxxiiij. ¶ Cclxxiiij.q.eſt penitentia occupantis bona eccleſiarū vacātib⁹ eccle-
ſijs. Et dic ꝙ ſi capitula: cōuētus: collegia ⁊ perſone ſingulares ipaꝝ va
cantib⁹ eccleſijs cathedralib⁹ ⁊ regularib⁹ ⁊ collegiatis bona a prelatis
ipſarū dimiſſa vel vacationis tpe obueniētia occupant vel inter ſe diui-
dunt vel ſurripiunt vel diſſipant vel conſumunt tenenꝛ plene reſtituere
quicquid de predictis bonis perceperint: ⁊ ita debet eis iniungi in peni
tentia. eo. ti. c. quia ſepe.

cclxxv. q̄o. ¶ Cclxxv.q.eſt penitētia ceſſantis iniuſte ab officijs diuinis. Et dico
ꝙ ſi canonici iniuſte ceſſant a diuinis omnia q̄ de q̇buſcūq; prouentib⁹
eccleſie in qua ad minus ceſſant tempore ceſſationis ꝑceperint reſtitue-
re tenentur ipſi eccleſie: ⁊ illi cōtra quē ceſſauerint de damnis ⁊ iniurijs
tenentur ſatiſfacere de officio ordi. c. ſi canonici. §. ſcituri. ⁊ ita debet ei in
iungi penitentia.

cclxxvj. q̄o ¶ Cclxxvj.q.eſt penitētia non recitantiū. Et dico ꝙ omnis bn̄ficiatus
nō recitās horas ꝙ oēs fructuꝰ teneꝛ reſtituere q̊s perceperit tēpore quo
nō recitat. vt in ꝑallegato. c. ⁊. §. de offi. ordi. Et dico ꝙ ſi canonici iuſte
ceſſant a diuinis: ille qui occaſionē ceſſatiōi dedit tenetur ſoluere dictis
canonicis: ⁊ eccleſie cui culpa eius debitum officium eſt ſubtractum om
ne intereſſe: ⁊ certam quantitatem taxandam ⁊ conuertēdam in augmē
tum diuini cultus arbitrio ſuperioris. ⁊ ita ſibi in penitētia iniungi de-
bet in eo. c. §. ſi autem.

cclxxvij. q̄. ¶ Cclxxvij. queſtio eſt penitentia eorum qui ad grauatiōem ceſſatiōis
imagines in terram proſternunt. Et dico ꝙ illi qui ꝓ agrauatione ceſ-
ſationis imagines crucis: beate v̓ginis marie ⁊ aliorum ſanctorum pro
ſternunt in terram ⁊ v̓ticis ⁊ ſpinis ſupponūt grauiter peccant: ⁊ tanq̃
grauiter peccantibus penitentia eis imponi debet. in. eo. c. §. vltimo.

cclxxviij. q̄ ¶ Cclxxviij. queſtio eſt de penitentia eorum qui propter culpam ſuam
ſunt priuati bonis que tenent ab eccleſia. Et dico ꝙ ſi aliqui ꝓ culpiꝰ ſu
is vel exceſſibus: bonis que tenēt ab eccleſia romana vl̓ ab alijs eccleſijs
ſint priuati per ſententiā vel ipſo iure ſemper tenetur reſtituere illa bo-
na predictis eccleſijs: niſi legittime preſcripſerit illa cōtra romanam ec-
cleſiam per centum annos vel cōtra alias eccleſias per quadraginta an
nos. ⁊ ita debet iniungi penitentia. Et ſi poſt mortem hereticorum qui
dum viuerent catholici putabantur: bona ipſorum a filijs vl̓ nepotibuꝰ
eorum catholicis vel ab alijs extraneis quibuſcūq; ſpacio quadraginta
annorū fuerint bona fide poſſeſſa nō tenenꝛ vlteri⁹ illa bona reſtituere.
ſed ante. xl. annos cōpletos reſtituere tenenꝛ. ⁊ ita debet eis iniungi in
penitentia. de preſcripto. c. ij.

cclxxix. q̄o ¶ Cclxxix. queſtio eſt de penitētia iudicum corruptorum. Et dico ꝙ ſi
aliquis iudex eccleſiaſticus ordinarius vel delegatuꝰ contra conſciētiā:
⁊ contra iuſticiam aliquid fecerit in iudicio in grauamen partis litigan
tis per gratiam vel per ſordes ⁊ corruptionem pecunie tenetur parti leſe

ſoluere eſtimationem litis. ⁊ ita debet ſibi iniungi in penitētia. de re. iu
di. c. cum eterni. §. ſi quis autem. libro. vj.

¶ Cclxxx. queſtio eſt de penitentia beneficiorum q̄ percipiunt diſtribu cclxxx. q̄o
tiones: ⁊ non interſunt diuinis officijs. Et dico ꝙ canonici ⁊ alij benefi
ciati ⁊ clerici eccleſiarum qui aliquas diſtributiones quottidianas per
cipiunt ꝓ tempore quo nō interſunt diuinis officijs in ipſis eccleſijs: vł
non interſunt in anniuerſarijs ipſorum defunctorū niſi eos infirmitas
vel iuſta: ⁊ rationabilis cauſa corporalis neceſſitas vel euidens vtilitas
eccleſie excuſauerit: ad reſtitutionem tenentur omnium deſtributionuꝫ
quas perceperint: ⁊ ita eis in penitentia iniungi debet. de cleri. non reſi
de. c. vnico. libro. vj.

¶ Cclxxxj. queſtio eſt de penitentia clericorum ⁊ religioſoruꝫ qui indu cclxxxj. q̄o
cunt alios ad eligendas ſepulturas in eorū eccleſijs. Et dico ꝙ quicūꝗ
religioſi ⁊ clerici ſeculares qui aliquos ad vouendum iurandum vel fi-
de interpoſita vel alias promittendum inducūt vt apud eccleſias ipſorū
ſepulturam eligant vel electam vlterius non immutent: peccant morta-
liter: ⁊ ſi ipſi religioſi vel clerici predictos in ſuis eccleſijs vel cimiterijs
ſepeliuerint tenentur ad reſtitutionem ſepultorum corporum ſi petunt:
⁊ omnium que occaſiōe ſepulture illorum quomodolibet habuerint in-
tegraliter: ⁊ predictis vt peccantibus mortaliter: penitentia et etiam re-
ſtitutio iniungi debet. de ſepul. capitulo primo in principio. ſecundū ar-
chidiaconum. ⁊ Jo. an. ibi in parte. in virtute ſancte obedientie. et in. §.
Si vero. libro. ſexto. ⁊ etiam predicti excōmunicati ſunt per cle. cupiētes
§. vltimo. de penis.

¶ Cclxxxij. queſtio eſt de penitentia intrantis religionē laxiorem cum cclxxxij. q.
prius ſtrictiorem vouerat. Et dico ꝙ ille qui votum fecit de certa religio
ne intranda: ⁊ poſt aliam religionem etiam laxiorem ingreditur ⁊ profi
tetur in ipā pro predicto voto non completo: tanꝗ grauiter peccanti eſt
penitentia imponenda. de regula. li. vj. c. qui poſt votum.

¶ Cclxxxiij. queſtio eſt de penitentia tranſgredientis votū ordinis vel cclxxxiij.
religionis. Et dico ꝙ pro tranſgreſſione voti. ordinis: vel religiōis quā
to manifeſtius fuerit votum emiſſum tanto propter plurimuꝫ ſcandalū
⁊ exemplum trangreſſoribus durior penitentia imponenda. tex. in. c. ꝙ
votum in fine. de voto. li. vj.

¶ Cclxxxiiij. queſtio eſt penitentia fratrum retrahentium alios ſuis cclxxxiiij.
propoſitiōibus a ſolutione decimarum. Et dico ꝙ fratres predicatores
⁊ minores in ſermonibus ſuis vel alibi proponentes aliqua que audiē-
tes a ſolutione decimarum: vel aliarum rerum eccleſijs debitarum retra
hunt: contra preceptum ⁊ prohibitionem iuris faciunt: ⁊ mortaliter pec
cant: ⁊ ipſis vt mortaliter peccantibus penitentia imponi debet. de deci
mis. libro ſexto capitulo primo.

cclxxxv.q̃ ¶ Cclxxxv.q.eſt de pn̄ia monialiū nō exiſtētiū ī clauſtro ⁊ eoꝝ q̄ ad eas ingrediūtur. Et dico ꝙ omnes moniales cuiuſcūq religionis vel ordinis ſub clauſura nō manētes ⁊ ſine iuſta cauſa monaſteria ſua egredietes. Et quicūq ſine cauſa rationabili: ⁊ ſine legittima ingrediens vel accedens ad eas grauiter peccat: q2 contra prohibitiōem et preceptū iuris faciunt: ⁊ ipſis vt grauiter peccantibus penitentia imponi debet. de ſtatu regula. capitulo primo in principio. libro ſexto. et inſuper excommunicati ſunt: per conſtitutionem cardinalis Sabinenſis: que incipit. vt monaſteria.

cclxxxvj. ¶ Cclxxxvj.q.eſt de pn̄ia viſitatoꝝ recipientiū munera. Et dico ꝙ q̄cūq prelati viſitātes eccl'ias ſibi ſubiectas recipiunt munera vel viſitationis officio nō impēſo procuratione in victualib⁹: vl' aliquid aliud ratiōe procurationis recipiūt duplū eius ꝙ receperint eccleſie a qua illud receptū fuerit reſtituere tenentur infra menſem: nec ab hac reſtitutiōe liberalitate vel gratia dantium liberant᷑: et ita eis in penitentia iniungi debet. de cenſi. c. exigit. eo. libro.

cclxxxvij. ¶ Cclxxxvij.q.eſt de pn̄ia exigentiū pedagia ⁊ tributa ab eccleſijs ⁊ clericis. Et dico ꝙ quicūq ab eccleſijs ⁊ pſonis eccleſiaſticis pro perſonis ſuis vel p rebus pprijs quas nō cauſa negociandi defuerunt vl' deferri faciunt: vel tranſmittūt exigunt pedagia: ipſo facto ſententiam excōmunicatiōis incurrūt nec ab excōmunicatiōe abſolui poſſunt donec exacta plenarie reſtituant: ⁊ de hac tranſgreſſione ſatiſfaciāt competenter. ⁊ ita confeſſor habet penitētibus declarare ⁊ in penitentia iniungere ꝙ prius reſtituant ⁊ ſatiſfaciant: ⁊ poſtea abſoluantur. vt eſt dictum eodem titu. ⁊ li. cap. quamq̄.

cclxxxviij. ¶ Cclxxxviij.q.eſt de penitētia impeditis iuriſdictionē eccl'iaſticā. Et dico ꝙ quicūq iudex ſecularis vel dominus temporalis impetratores litterarum apoſtolicarum: vel alios ad forum eccleſiaſticum recurrētes ſuper cauſis que ad illum forum de iure vel antiqua conſuetudine pertinent compellerit vel compelli fecerit vel procurauerit per captiōem ipſorum iudicum eccleſiaſticorum vel dictorum impetrātium vel litigantiū: vel volentium litigare vel propinquorum ipſorū vel rerū illorū vel alijs modis ꝙ deſiſtāt litigare in foro eccleſiaſtico: vel ꝙ in foro ſeculari de illis quibus litigent vel impediuerint ꝙ querelātes corā iudicib⁹ eccleſiaſticis nō poſſint iuſticiā obtinere vel ad predicta facienda dederint conſilium: auxiliū vel fauorem ipo iure excōmunicati ſunt: a qua excōmunicatione nō poſſunt abſolui niſi tam iudici cui⁹ cognitio fuerit impedita vel iuriſdictio occupata ꝙ̄ parti q̄ perturbata fuerit in perſecutiōe iuris ſui integre ſatiſfaciāt de iniuria dānis ⁊ expēſis ⁊ intereſſe. ⁊ ita per confeſſorem debet eis declarari: ⁊ in penitentia ita debet eis iniungi ꝙ p̄us ſatiſfaciant ⁊ poſt abſoluantur. vt eſt dictū de immunita. eccleſiarū. cap. quoniam vt intelleximus.

¶ Cclxxxix. queſtio eſt de penitentia turbantiũ eccleſias ⁊ officia diui- cclxxxix. q̄
na. Et dico ꝙ omnes qui in eccleſijs ⁊ in earũ cimiterijs ſeditionem ex-
actant: vel clamationem mouent: vel impetum cōmittunt: vel ibi faciũt
cōciones ⁊ publica perlamenta vel feda ⁊ prophana colloquia: vel alias
confabulationes cum quibus turbant diuinum officiũ: vel ibi faciũt ne-
gociationes vel nundinas vel forum vel iudicia ſecularia: ⁊ ordinarij lo-
corum qui predicta non faciunt obſeruari ⁊ contra trāſgreſſores nō pro-
cedunt peccant mortaliter. vt in. c. decet. de immuni. eccleſia. li. vj. qui canō
eſt precepti. vt patet ibi cum dicit textus p̄miſſas inhibitiōes animo pe-
tulanti cōtempſerint: ⁊ ibi cum dicit diuinis vltionis acrimoniā incur-
rent: ⁊ ibi ſuum confeſſi reatū: ⁊ quia ibi nō imponitur certa pena trāſ-
greſſoribus peccant mortaliter: per regulam dominici. in. c. quis autem
neſciat. x. di. Et confeſſor ſupradictis trāſgreſſoribꝰ imponere debet pe-
nitentiam ſeptem annorum pro qualibet vice: tanꝗ̄ peccantibꝰ morta-
liter. vt in. c. hoc ipſum. xxxiij. q. ij. ⁊ qꝛ clericis ⁊ alijs occaſionē peccandi
preſtant de hoc penitere debent.

¶ Ccxc. queſtio eſt de penitentia dominorum temporaliũ grauantium ccxc. q̄o.
clericos. Et dicas ꝙ quicunqȝ temporale dn̄ium obtinentes mandāt: ⁊
interdicunt ſuis ſubditis ne prelatis aut clericis aliq̄d vendāt nec emāt
aliquid ab ipſis: ⁊ ꝙ ipſis bladum non molant: nec panem coquent: nec
alia obſequia exhibēt ipſo iure excōmunicati ſunt ⁊ peccant mortaliter:
⁊ ita per confeſſorem eis declarari debet: ꝙ ſatiſfaciant prelatis et cleri-
cis propter hoc damnificatis: ⁊ abſoluantur ab illa excōmunicatione: ⁊
de peccato mortali penitentiam eis imponāt. in. cap̄. eos. de immunita-
te eccleſia. libro ſexto.

¶ Ccxcj. queſtio eſt de penitentia religioſi dimittētis habitum vel eun- ccxcj. q̄o.
tis ad ſtudium. Et dico ꝙ religioſus quicunqȝ qui temere habitum reli-
gionis ſue dimittit: vel ad quecunqȝ ſtudia litterarum nō obtenta p̄us
licentia a ſuo prelato immediate cum conſilio ſui ꝯuentꝰ vel maioris ad
eundum ad ſtudium iuerit: ſententiā excōicatiōis ipſo facto incurrit: et
eandem ſententiam excōicationis incurrunt doctores ⁊ magiſtri qui ſci-
enter dictos religioſos habitu ſuo dimiſſo leges vel phiſicam docere: vel
in ſcolis ſuis p̄ſumpſerint detinere in. c. vt periculoſa. eo. ti. ⁊ libro. ⁊ ſic
per confeſſorem debet ipſis declarari itaqȝ ab excōione abſoluant̄: et de
peccato mortali qđ incurrũt ipſis penitentia imponatur.

¶ Ccxcij. queſtio eſt de penitentia contrahentꝭ ſponſalia p̄mo cũ vna: ccxcij. q̄o.
⁊ poſtea ſecundo cũ cōſanguinea. Et dico ꝙ ille qui contraxerit ſponſa-
lia pura ⁊ certa cum aliqua muliere ſi illa ſpōſalia nō ſunt nulla ex defe-
ctu conſenſus cum ex illis ſpōſalibꝰ oriatur publice honeſtatis iuſticia
efficax ad impediendum ⁊ dirimendum ſequētia ſpōſalia vel matrimo-
nia ſi poſtea cũ alia conſanguinea prioris infra quartum gradum cōtra-
xit ſponſalia vel matrimoniũ ad contrahēdum matrimoniũ de preſenti:

ꝛ ad remanendū cum p̄nia remanet obligat⁹. Et ideo ꝯtrahēdo cū ſecunda cōtra prohibitionē iuris peccauit mortaliter: ꝛ ipſi vt peccāti mortaliter penitētia iponi dꝫ. in. c. j. de ſpōſo. li. vj. j. reſpōſo. Et ſi aliqui⁹ cū aliq̄ muliere ſub cōditiōe cōtraxit: ſi poſt cōditionē completā cum alia prioris conſanguinea cōtraxit matrimoniū per verba de p̄ſenti cū prima remanere debet: ꝛ cōtrahēdo ſic cū ſecūda peccauit mortaliter: ꝛ ſibi de hoc pctō mortali penitētia imponi dꝫ. vt ibi ſecūdo rn̄ſo a ꝯtrario ꝙ eſt fortiſſimū argumētum in iure. vt in. c. quecūqꜫ. ix. di. ꝛ in. c. cū in apoſtolica de his q̄ fiūt a p̄la. ſine cōſe. capl̄i.

ccxciij. q̄o. ¶ Ccxciij. queſtio eſt de penitentia filioꝝ contrahentiuꝫ cū conſanguineis ſpōſarum cū quibus cōtraxerūt parētes pro filijs. ꝛ dico ꝙ ex ſpōſalibus cōtractis per parētes ꝓ filijs ſi filij preſentes ſunt: ꝛ nō ꝯtradicūt vel etiā ſi ſunt abſentes ꝛ ignorātes ſi poſt ſciunt ꝛ ratificāt tacite vel expreſſe oritur publice honeſtatis iuſticia: ꝛ ideo ꝯtrahētes poſtea cū alijs conſanguineis vel affinibus illarū priorum peccant mortaliter: ꝛ vt peccantibus mortaliter penitentia ipſis imponi debet. in cap̄. vnico de ſpō. impu. in. §. porro li. vj.

ccxciiij. q̄o ¶ Ccxciiij. q. eſt de p̄nia cōtrahētis matrimonia cū cognatis ſp̄ūalib⁹. Et dic ꝙ ille vel illa qui vel q̄ cōtrahūt matrimoniū cuꝫ viro vel muliere ſuſcipiēte vel baptizāte ip̄m vel ip̄am vel cū filio vel filia: vel cū vxore ſuſcipiētis ipſum de baptiſmo mortaliter peccat: ꝛ vt peccāti mortaliter penitentia ſibi imponi debet. Et idē eſt dicendum in confirmatiōe vel frōtis chriſmatione. in. c. j. de cognatiōe ſp̄ūali. li. vj. qꝛ cognatio ſp̄ūalis impedit ꝛ dirimit matrimonia ſicut carnalis. in. c. pitatiū. xxx. q. iij. contrahēs matrimoniū cum illo vel illa: qui vel q̄ fuit compater: vel cōmat̄ vel pater vel mater ſpiritualis ſolum p cathecīſmum qui precedit baptiſmū vel cognoſcēs carnaliter ip̄m vl̄ ip̄ſam mortaliter peccat per ſupradicta: qꝛ cathecīſmus impedit matrimoniū. in. c. per cathecīſmū. eo. ti. ꝛ li. ꝛ ſibi vt peccāti mortaliter penitētia imponi debet. Et ſi plures accedūt ad ſuſcipiēdū baptizatum de baptiſmo cū omnibus eſt cognatio ſpiritualis contracta q̄ impedit ꝛ dirimit matrimonium. ꝛ idem eſt in confirmatione: ideo ſi tales contrahunt matrimoniū vel inuicem carnaliter ſe cognoſcunt mortaliter peccant: ꝛ ipſis vt peccātibus mortaliter penitētia imponi debet. in cap̄. quamuis. eo. ti. ꝛ li.

ccxcv. q̄o. ¶ Ccxcv. q. eſt de p̄nia ſepelientium hereticos. Et dico ꝙ quicūqꜫ ſcienter tradiderit eccleſiaſtice ſepulture hereticos vel defenſore⁹ eoꝝ excōicati ſunt ipſo iure: nec debēt abſolui niſi proprijs manib⁹ publice extumulent: ꝛ proijciant corpora ipſorū extra cimiteriū. vt in cap̄. quicunqꜫ. circa principium. de hereticis. libro. vj.

ccxcvj. q̄o. ¶ Ccxcvj. q. eſt de p̄nia diſputātiū d̄ fide catholica. Et dico ꝙ q̄cūqꜫ laicus publice vel p̄uatim de fide catholica diſputauerit excōicari dꝫ. ꝛ ſi heretic⁹ vl̄ receptores vl̄ defenſores eoꝝ ꝛ filij ipoꝝ vſqꜫ ad ſcdāꝫ generatio

nem ad aliq̄ꝺ bn̄ficiū eccl̄iaſticū vl̄ officiū recepti fuerint totū eſt irritū ⁊
inane: in preall[e]. c. §. inhibemus. ⁊ verſu heretici.
¶ Cccxcvij. q. eſt de pn̄ia habentiū beneficia ad p̄ces hereticoꝝ. Et dico ccc.xcvij. q̄.
ꝙ quicūq; viri eccl̄iaſtici qui ad preces hereticoꝝ dignitates perſonat⁹ ⁊
q̄cunq; alia beneficia eccleſiaſtica ſunt adepti priuati ſunt talib⁹ acq̄ſitis.
ideo cōfeſſor oīa ſup̄dicta debet notificare penitētib⁹: ⁊ in primo caſu ca-
pituli allegati nō debet abſoluere illos a peccato mortali qꝺ incurrunt
ſepelientes hereticos: niſi prius abſoluantur a predicta excōmunicatio-
ne: predicta ſatiſfactione premiſſa. ⁊ poſt imponat eis penitentiā ꝓ pec-
cato mortali. In ſecūdo caſu imponat penitentiam pro peccato mortali
laico publice de fide catholica diſputāti. In tertio caſu iniungat hereti
co ⁊ filijs ⁊ deſcendētibus ſuis vſq; ad generationē ꝙ dimittant illa be-
neficia ⁊ reſtituant eccleſijs omnia que ex ipſis beneficijs habuerūt. In
quarto caſu iniūgat illis qui ad preces hereticorū habuerunt illa benefi
cia ꝙ dimittant illa beneficia ⁊ reſtituant eccleſijs omnia que ex ip̄is be
neficijs habuerint. vt hoc totum colligitur: et habetur in. c. quicunq; de
hereticis. libro. vj.
¶ Cccxcviij. q. eſt de penitētia hereticoꝝ redeuntiū ⁊ penitentium ſacra ccc.xcviij. q̄
mēta eccl̄ie. Et dico ꝙ ſi aliq̄ poſt abiurationē hereſis dep̄hēſi fuerint in
abiuratā hereſim recidiſſe: lʒ de iure ſine vlla audiētia relinquēdi ſunt
iudicio ſeculari: tn̄ ſi poſtea peniteāt ⁊ penitentie ſigna in eis apparue-
rint manifeſta ſi humiliter petāt ſacramēta penitentie ⁊ eucharistie nō
ſunt eis negāda. in. c. ſup. eo. de here. li. vj.
¶ Cccxcix. q. eſt de penitentia interficientis chriſtianos ꝑ aſſiſſiuos. Et ccc.xcix. q̄o
dico ꝙ q̇cunq; p̄nceps vel prelat⁹: vel quecūq; alia perſona eccl̄iaſtica vl̄
ſecularis aliquē chriſtianum per aſſiſſiuos interfici fecerit vl̄ mādauerit
licet mors ex hoc nō ſequit̄: vel ipſos aſſiſſiuos receptauerit vel defende
rit vel occultauerit excōicationes ⁊ depoſitiones a dignitate honore et
officio ⁊ beneficio incurrit ſentētias ip̄o facto. vt in. c. pro humani. de ho
mi. li. vj. Ideo ſi tales ad penitentiā veniūt cōfeſſor debet eis mādare ꝙ
ab excōicatione abſoluant̄: ⁊ poſtq̄ꝫ fuerint ab excōicatione abſoluti im
poſita eis grauiſſima penitentia debet eis mādare ꝙ reſtituāt eccleſijs
omnia q̄ ex beneficijs habuerunt quib⁹ priuati fuerunt: ⁊ poſt abſoluat
ipſos ab illo peccato.
¶ Cccc. queſtio eſt de penitentia vſurarij et locantis domum vſurario. cccc. q̄o.
Et dico ꝙ illi qui non ſeruant. c. quia in omnib⁹. de vſuris. peccant mor
taliter: ⁊ ipſis vt peccantibus mortaliter penitentia imponi debet: ⁊ illi
qui aliquibus alienigenis ad exercēdum vſuras domos locāt. Si ſunt
patriarche. archiepiſcopi vel epiſcopi. ſuſpenſiōis. Si ſunt minores per
ſone ſingulares excōicatiōis ſententias ipſo facto incurrūt. Si ſunt lai
ci per cenſuram eccleſiaſticam cōpeſci debent. Et ſic omnes ſupradicti
peccant mortaliter. ⁊ confeſſor debet eis mandare ꝙ a dictis ſententijs

excõicationis ⁊ ſuſpenſionis abſoluant̃:⁊ poſtea dȝ eis penitẽtiã ꝓ pec-
cato mortali imponere.vt in.c.j.de vſuris.li.vj.

cccc j.q̄o. ¶ Cccc j.q.eſt de penitentia cõcedentium repreſalias cõtra clericos. Et
dico ꝙ illi qui repreſalias concedunt contra ꝑſonas eccleſiaſticaſ ſpecia
liter:vel ſi ſunt conceſſe generaliter cõtra omnes ad perſonas eccleſiaſti
cas eas extẽdũt:excõmunicati ſunt ipſo iure in.c.vnico.de iniurijs.li.vj.
⁊ ideo confeſſor debet eis mandare ꝙ a dicta ſentẽtia excõmunicationis
abſoluant̃:⁊ poſt agũt pniam de peccato mortali ꝙ ꝓpt̃ hoc incurrerũt.

cccc ij.q̄o. ¶ Cccc ij.q.eſt de penitẽtia perſequẽtiũ vel capientium vel occidentium
cardinales. Et dico ꝙ qui hoſtiliter perſecutꝰ fuerit cardinalẽ ſancte ro-
mane eccl̃ie vel percuſſerit vel ceperit vel interfecerit vel ſocıꝰ fuerit faciẽ
tis vel fieri mandauerit:vel factum ratuȝ habuerit:vel cõſiliũ dederit:vl̃
fauorem:vel poſtea receptauerit: vel defenſauerit ſciẽter ipm̃.talis ſicut
reus criminis leſe mageſtatis eſt infamis perpetuo ⁊ bãnitus ⁊ inteſta
bilis:vt nec teſtamẽti liberã habeat factiõeȝ:nec ad alicuiꝰ bona ex teſta
mento:vel ab inteſtato vocet̃. Fiãt habitatiões eiꝰ deſerte: ⁊ non ſit qui
eas inhabitet:⁊ nulluſ ei debita reddere:nullꝰ reſpõdere iudicio teneat̃:
⁊ alie ꝙ plures maledictiões ⁊ pene q̃ ponunt̃ cõtra iſtos ⁊ ꝯtra ſuos de
ſcendẽtes.de q̇bus omnibꝰ eſt bonꝰ.tex in.c.felicis.de penis.li.vj.

cccc iij.q̄o. ¶ Cccc iij.q.eſt de penitẽtia eoꝝ qui ꝓpter excõmunicationẽ in eos pro
latam grauant partes vel iudices ꝓferentes. Et dico ꝙ q̇cũꝗ pro eo ꝙ
in reges.ṗncipes.locationes.nobiles: vel alios quoſcũꝗ excõicatiões
vel ſuſpenſionis interdicti ſentẽtia fuerit promulgata dederit alicui licẽ
tiã occidendi:capiendi:vel in perſonis vel in bonis ſuis vel ſuoꝝ grauã
do illos qui tales ſententias protulerũt:vel illos quoꝝ occaſiõe ſunt la-
te vel obſeruãtes illas ſententias: vel taliter excõicatis cõmunicare volẽ
tes.niſi licẽtiã re integra reuocauerint:vel ſi ad licẽtie captionẽ bonoruȝ
occaſione illius ſit proceſſum: niſi bona ipſa ſint infra octo dierũ ſpaciũ
reſtituta vel ſatiſfactio ꝓ ipſiſ impẽſa ⁊ qui licentia ſic data vſi fuerint:⁊
ſi qui ſuo motu ꝓprio ſupradicta:vel aliquid eoꝝ cõmiſerint eo ipſo om
nes ſupradicti ſententiam ⁊ excõicationiſ incurrũt:qui duorum menſiũ
ſpacio in illa ſententia permãſerint: extũc ab eo nõ poſſunt niſi per ſedẽ
apoſtolicã abſolui:⁊ ita per confeſſorem debet penitẽtibꝰ declarari ⁊ eis
in penitentia iniungi:ꝙ dicta bona reſtituant:⁊ de iniurijs perſonaruȝ
ſatiſfaciant:⁊ a predicta excõicatione abſolutionem obtineant.de ſentẽ.
excõica.c.quicunꝗ.li.vj.

cccc iiij.q̄o. ¶ Cccc iiij.q.eſt de penitentia occupantiũ fructꝰ ſecreſtatos. Et dico ꝙ
ſi ſuper aliquo beneficio inter petitorẽ ⁊ poſſeſſorẽ apud ſedẽ apoſtolicã
litigatũ ſit vna ſententia diffinitiua contra poſſeſſorem in poſſeſſorio vl̃
petitorio promulgata:ſi illud beneficiũ nõ fuerit ante triẽnio ab illo poſ
ſeſſore poſſeſſum:ꝑ ordinarium loci debet apud aliquam perſonam ido
neam ſecreſtari. Et ſi q̇s talẽ ſecreſtationẽ ĩpedierit vel fructꝰ ſecreſtatoſ

occupauerit excōicatiōis ſentētiā ipſo facto incurrit a qua excōicatione
niſi impedimēto prius ammoto ⁊ occupatis ꝑ euꝫ fructibꝰ reſtitutis nō
poteſt abſolui. ⁊ ita per cōfeſſorē debet penitētibꝰ declarari ⁊ eis in peni-
tētia iniungi ꝙ prius impedimentum ammoueāt ⁊ fructoꝭ reſtituant ⁊
poſt abſoluanť. de ſequeſtra. poſſe. c. ad cōpeſcendas.

¶ Cccc v. queſtio eſt de penitentia clericorum vel religioſorum vtētium cccc v. q̄o.
tabardo. Et dico ꝙ ſacerdotes ⁊ religioſi ⁊ quicunqꝫ clerici vtentes epi-
togio ſeu tabardo forrato vſqꝫ ad oram: ⁊ ita breui ꝙ veſtiꝭ inferior nota
biliter videatur: ſeculares clerici et religioſi habētes adminiſtrationē
tenentur infra menſem illud epitogium pauperibus dare. religioſi vero
adminiſtrationem non habentes tenentur infra idem tempus illud epi
togium ſuis ſuperioribus aſſignare in aliquos pios vſus conuertēdū:
alias beneficiati ſententiam ſuſpenſionis incurrunt: ⁊ ita per cōfeſſoreſ
ipſis penitētibus declarari ⁊ in penitētia iniungi debet. de vita ⁊ hone
ſtate clericorum. cle. ij.

¶ Cccc vj. queſtio eſt de penitentia ſepelientium excōmunicatoꝭ vel vſu cccc vj. q̄o.
rarios vel alioꝭ tempore interdicti. Et dico ꝙ quicunqꝫ clerici vel laici ſe
pelientes corpora defunctorum in cimiterijs eccleſiarū tp̄e interdicti in
caſibus non conceſſis a iure: vel ſepelientes ſcienter excōicatos publice
vel nominatim interdictos vel vſurarioꝭ manifeſtoꝭ excōmunicati ſunt
ipſo iure ex qua excōicatione nullatenus abſolui poſſunt niſi prius ad
arbitrium dioceſani epiſcopi ſatiſfactionem competentem faciant illis
quibus per premiſſa fuerit iniuria irrogata: ⁊ ita per confeſſorem peni-
tentibus penitentia iniungi debet ꝙ prius ſatiſfaciant: ⁊ poſt a dicta ex
cōicatione abſoluanť. de ſepul. cle. eos.

¶ Cccc vij. queſtio eſt penitentia religioſorum auferentiū decimas eccle cccc vij. q̄o.
ſijs. Et dico ꝙ quicunqꝫ religioſi qui noualium: aut aliaſ decimas eccle
ſijs debitas ad eos ex aliqua cauſa legittima non expectātes appropria
re ſibi preſumunt vel exquiſitis fraudibus vel coloribus vſurpare vel q̄
de animalibus familiarum ⁊ paſtorum ſuorum ⁊ aliorum animalia ip̄a
eorum gregibus immiſcentiū: vł qui de animalibus que in fraudē eccle
ſiarum in pluribus locis emunt ⁊ empta tradunt venditoribus vel alijs
ab ipſis tenenda: vel qui de terris quas tradūt alijs excollēdas decimas
ſolui eccleſijs non permittunt vel prohibent ſi poſt requiſitionem eorū
quorum intereſt ſuper hoc eis facta a premiſſis nō deſtiterint infra mē-
ſem vel ſi de his que contra premiſſa vſurpant vł recipiūt infra duos mē
ſes damnificatis eccleſijs non faciant emendam cōpetentē: ſunt ab offi
cijs adminiſtrationibus ⁊ beneficijs ſuis ſuſpenſi: ⁊ ſi adminiſtratiōes
vel beneficia non habent ſunt excōicati: ⁊ ante congruam ſatiſfactioneꝫ
non poſſunt abſolui: et ita per confeſſorem debet eis declarari: ⁊ in peni
tentia iniungi. de decimis. cle. j.

¶ Cccc viij. queſtio eſt penitentia negligētium gubernare cenodochia: cccc viij. q̄o.

vel hoſpitalia. Et dico ꝙ rectores cenodochiorum ⁊ hoſpitalium qui lo
corum ipſorum bona res ⁊ iura a manibus occupatorum ⁊ vſurpatorum
excutere negligūt: ⁊ ea collabi ⁊ diſperdi domos ⁊ edificia ruinis defor-
mari permittunt. Et qui redditus ⁊ prouētus ipſorū hoſpitaliū in vſus
ſuos damnabiliter cōuertunt. Et illi ad quos ꝑtinet qui ipſa loca in pre
dictis non reformant: ⁊ occupata deperdita ⁊ alienata indebite in statū
debitum reduci nō faciūt: ⁊ rectores predictos ad receptionē ⁊ ſuſtētatio
nem debitā miſerabiliū perſonarum nō cōpellunt. Et ordinarij qui ipſis
negligentibus per ſe ipſas vel alios oīa premiſſa nō implent ⁊ rectores
predictos ad premiſſa non compellunt: ⁊ contradictores ⁊ prebētes eis
contra premiſſa conſiliū auxiliū vel fauorē per cēſurā eccleſiaſticā: ⁊ alia
iuris remedia nō cōpeſcunt ⁊ gubernationem dictoꝝ hoſpitalium viris
prouidis ydoneis ⁊ boni teſtimonij: qui ſciāt ⁊ poſſint ⁊ velint loca ipſa
⁊ bona eoꝝ ⁊ iura vtiliter regere ⁊ eorum prouētus ⁊ redditꝰ in vſum per
ſonarum miſerabilium fideliter diſpēſare: ⁊ quos in vſus alios bona pre-
dicta cōuertere veriſimiliter nō preſumatur. ⁊ illi quibꝰ dictorum hoſpitali-
um gubernatio cōmiſſa fuerit inuētarium de bonis ipſorū locorū nō ꝯfi
ciētes ⁊ ordinarijs de adminiſtratiōe ſua annis ſingulis rationē nō red
dētes oēs ſupradicti grauiter peccāt: ⁊ tanꝙ grauiter peccantibus ipſis
penitētia imponi debet. de reli. domi cle. quia contingit.

cccccix. q̄o. ¶ Cccccix. q. eſt de penitētia religioſorū in multis excedētibꝰ. Et dico ꝙ
religioſi qui clericis aut laicis ſacramētū vnctiōis extremi vel euchari-
ſtie miniſtrāt vel matrimonia ſolēnizāt ſine licētia ſpeciali p̄ſbyteri par-
rochialis. vel q̇ excōicatos a canone niſi in caſibꝰ cōceſſis eiſdē: vel a ſen
tētijs per ſtatuta prouincialia vel ſinodalia ꝓmulgatis: vel a pena ⁊ cul
pa aliquē preſumūt abſoluere excōicationis ſentētiā ipſo facto incurrūt
⁊ ſolū per ſedē apoſtolicā abſoluuntur. Itē religioſi q̇ in ſermōibꝰ ſuis pre
latis eccleſiaꝝ detrahūt. vel laicos ab eccleſiarū ſuarū frequētia vel acceſ
ſu retrahūt: vel indulgētias indiſcretas pronunciāt vel teſtatores a reſti
tutiōibus debitis aut legatis matricibꝰ eccleſijs faciēdis retrahūt: vel le
gata vel debita aut male ablata in certa: ſibi aut alijs ſingularibꝰ fratri-
bus ſui ordinis vel cōuentibus in preiudiciū alioꝝ fieri vel erogari ꝓcu
rant: vel q̇ in caſibꝰ ſedis apoſtolice vel locorū ordinarijs reſeruatis ali-
quē abſoluūt vel q̇ vexant indebite vel ad loca plura vel ⁊ multū remota
conueniūt ꝑſonas eccleſiaſticas ⁊ ꝯtra eos ſuā iuſticiā perſequētes per
duos mēſes ſubiacent illis penis q̄ ſecundum eorū regulā vel ſtatuta pro graui-
bus criminibꝰ vel culpis eis cōſueuerūt imponi: ⁊ p̄lati ip̄oꝝ religioſoꝝ
niſi de eis q̄ occaſiōe predictoꝝ exceſſuū ad eos quocūq; modo peruene-
rint eccleſijs: vel perſonis eccleſiaſticis damnificatis: vel leſis ſatiſfactio
nem plenariam exhibuerint infra mēſem poſtq; fuerint requiſiti: ſuſpē
ſionis ſentētiā incurrūt: ⁊ ita ꝑ cōfeſſorē dz religioſis penitētibꝰ declara
ri ⁊ eis in penitētiā iniūgi debet. de priuile. cle. j.

¶ Cccc.x. queſtio eſt de penitentia religioſo℞ qui in ꝑdicatioībus alios a ſolutione decimarum retrahunt. Et dico ꝙ illi religioſi q̄ in ſermonibus ſuis vel alibi audiẽtes a ſolutione decimarum eccleſijs debitarū retrahunt: ipſo facto excōmunicati ſunt. ⁊ ſi requiſiti fuerint ī prima dominica: quarta ⁊ vltima quadrageſime. ⁊ in feſtis aſcenſiōis penthecoſtes ⁊ natiuitatis dñi. Sancti ioānis. Beate aſſumptiōis. ⁊ natiuitatis ſcẽ Marie: audientes debent informare ⁊ illos quorū confeſſiōes audiunt conſcientiam debent facere ꝙ decimas ſoluant. alias grauiter peccant: ⁊ talibus vt grauiter peccātibus penitentia imponi debet. de penis cle. cupiẽtes. §. illos. ⁊. §. ⁊ quia. cccc.x. q̄o.

Finita prima ⁊ ſecunda ⁊ tertia parte huius tractat⁹ ſequit̃ q̄nta ⁊ vltima pars. ſ. de materia abſolutiōis tã a pctis ꝙ̄ a cẽſuris ꝙ̄ a culpa ⁊ pena q̄ plenaria dicit̃. In qua q̄nta pte cōtinent̃ queſtiōes ſeq̄ntes.

Prima. que forma debet ſeruari in abſolutione.
Secunda. quis poteſt abſoluere.
Tertia queſtio eſt de pratica abſolutionis.
Quarta. q. eſt quid eſt agendum cū aliquis habet aliqua peccata a q̄b⁹ ille cui cōfitetur nō poteſt abſoluere. Jo. doctor.

¶ Circa primam queſtionem dicendum eſt ꝙ ſecundum varietatẽ excōmunicationum variãtur genera vel modi abſolutionū: quia vt quis eſt excōmunicatus per contumaciam que conſiſtit in non veniẽdo ad iudicium vel ante tẽpus recedendo: vel iudici non parendo. vt. xj. q. iij. certū eſt. ⁊ iſte abſoluitur ſub iſta forma: q2 mandatur ei ꝙ pareat iuri. vt in. c. per tuas. de ſen. excōi. ſi vero pro offenſa ſit aliq̄s excōmunicat⁹: et tunc aut offenſa eſt manifeſta. ſ. per ꝯfeſſionẽ in iudicio factā: vel probationẽ legittimam: aut euidentiam rei que nulla poteſt tergiuerſatiōe celari. ⁊ tunc prius eſt preſtanda ſufficiens emenda anteꝙ̄ abſoluatur. Si vero dubia ſit offenſa ſufficit ad abſolutionem faciendam ſi cōpetẽs ſatiſdatio prebeatur de parendo mãdato iuris. vt in. c. ex parte. de verbo. ſign. Et iſtis excōmunicatis pro offenſa mandabitur vt de cetero talia nō cōmittant. ille antem qui excōmunicato cōmunicat cū iuramẽto debet abſolui. qui autẽ cōmunicat excōmunicato: ſ3 nō in crimine abſolui poterit ſine iuratoria cautiōe. vt in. c. nup. in. §. his aūt. iſto ti. de ſen. excō. abſolutio aūt cum ſolẽnitate debet fieri: ſub forma que habetur in. c. cu3 aliquis. xj. q. iij. Sed poteſt dici ſ3 Goffre. ꝙ illa ſolẽnitas nō eſt de ſubſtãtia. ⁊ ideo hodie ſine illa ſolẽnitate fit abſolutio cū pſalmo. Miſere mei deus. ⁊ cum aliquãtis virgarum percuſſiōibus. Similiter cautio iuratoria quando homines qui excōicati ſunt preſtant potius ad cautelam ex conſuetudine eccleſie eſt quam de rigore canonum. vt in. c. cum deſideres. iſto titulo. Cum vero aliquis eſt excōmunicatus ꝓpter iniectiōem manuū in clericu3 hec forma ſeruatur. ſcilicet. vt qui abſolutiōem petit: Prima. q̄o

iuret de parendo mandatis ſancte matris eccleſie. Et mandetur eidē ne de cetero in clericum: monachum vel alicuius religionis conuerſum manus eijciat violētas: niſi ſe defendendo aut de mandato ſuoꝝ faciat prelatorum: vel niſi ſuper eum prelationis miniſterium vel magiſteriū habeat aut cum ipſo in ipſa eccleſia ſocius eſſe noſcatur. vt in cap. ex tenore iſto. ti. de ſenten. excōica.

Scda. q̃o. ē qui pōt abſoluere.

¶ Circa ſecundam queſtionem. ſ. ſi quis poteſt abſoluere. Et hic eſt aduertendum ꝙ ſecundum varietatem excōmunicationum variatur genera abſolutionum: vt per precedētia patet. nam aut eſt excōmunicatio lata a canone: ⁊ hec ſeparat a ſacramentis tātum: ⁊ ab hac abſoluit epiſcopus ⁊ ſacerdos proprius. vt in. c. nuper. §. ij. de ſen. excōica. aut ſeparat a ſacramentis ⁊ cōmunione fidelium: ⁊ ab hac abſoluit epiſcopus regulariter niſi papa reſeruaſſet ſibi abſolutionē: vt in dicto. c. nuper. ⁊ hoc de excōmunicatione lata a canone. Aut excōmunicatio fertur ab homine: ⁊ in hac datur in regula ꝙ qui habet poteſtatem ligādi habeat poteſtatē abſoluendi. vt in. c. verbum de penitentijs. di. j. Fallit hoc in caſib⁹ quos notat gloſa in. c. inferior. xxj. q. di. ⁊ hoc dꝫ intelligi cū modificatiōe eorū que habentur in. c. cū contingat. de offici. dele. ⁊ in. c. per tuas. de ſentē. excōi. ſ. ꝙ ſi excōicatio eſt nulla: non eſt neceſſaria aliqua abſolutio. Et dominus pater meus poſuit. xxx. caſus notabiles ⁊ ſingulares in quib⁹ ſententia excōmunicatiōis eſt nulla in lectura. c. paſtoralis. de appellati. dum legeret ſuam cathedram prime. qui caſus ſunt etiā poſiti in tractatu de nullitatibus. Ad quos caſus ſemper recurrendum eſt cum contra ſententiam excōmunicatiōis aliud remedium non detur niſi remedium nullitatis. ⁊ eſt etiam ſciendum ꝙ reperitur abſolutio vera ⁊ reperitur abſolutio ad cautelā de qua in preallegato capitulo. per tuas. ſolet. ⁊ cap. venerabilibus. eo. ti. li. vj. Jacobus doctor.

Tertia. q̃o ē de practica abſolutionum.

¶ Dominus noſter ieſus chriſt⁹ qui paſſus eſt pro te: ⁊ habet plenariā poteſtatem abſoluendi te abſoluat. Et ego auctoritate ipſius et apoſtolorum petri ⁊ pauli: ⁊ auctoritate ⁊ poteſtate mihi cōmiſſa per illum ⁊ illos ad quos pertinet ⁊ quacūqꝫ auctoritate poſſum: te abſoluo ab omni vinculo excōicationis maioris ⁊ minoris et ſuſpenſionis et interdicti et irregularitatis quam vel quas incurriſti quomodolibet ſciēter vel ignoranter vel ex propria malicia vel contemptu vel negligētia vel alias quocunqꝫ modo ⁊ ex quacunqꝫ cauſa propter tranſgreſſionem preceptorum ⁊ ſtatutorum papalium: ſinodalium: localium: prouincialium: archiepiſcoporum: legatorum: vel per traſgreſſionem iuris cōmunis: vel per litteras vel ſtatuta quorumcunqꝫ iudicum ordinariorum: delegatorū ſubdelegatorum ⁊ aliorum quorumcunqꝫ iuriſdictionem habētium: vel per participatiōem cum excōmunicatis in crimine vel extra crimē ⁊ quomodocunqꝫ ⁊ qualitercunqꝫ incurriſti ⁊ ſpecialiter a tali: ⁊ tali excōmunicationibus in te ſpecialiter promulgatis ⁊ ab omnibus alijs excōmunica

tionibus a iure vel ab homine in te prolatis generaliter vel ſpecialiť te abſoluo: ⁊ reſtituo te ſacramētis ſancte matris eccleſie vt poſſis intrare eccleſiam ⁊ habere partem cum fidelibus. In nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpiritusſancti. Amen. Et confeſſores abſoluūt ab irregularitatibus in quibus epiſcopi diſpenſare poſſunt ſi talis poteſtas ipſis per epiſcopum cōmiſſa ſit: vt ſi iudex aduocatus officialis dedit operam vt ſanguis effunderetur: irregulares licet mors vel ſanguis effuſio nō fuit ſecuta vel aliquis occidendi animo aliquem vulnerauerit: licet non moriatur ille vulnerans: irregularis eſt: ⁊ cum talibus poteſt diſpēſare epiſcopus vel cōfeſſor habens ab eo poteſtatem: de quo vide in ſpecu. titulo delegato. §. iuſta. verſu. item litigioſus. in fine. ⁊ verſu. quando autē. Et poſt fiat abſolutio a peccatis per hunc modum.

¶ Et eadē auctoritate ⁊ eiꝯ auctoritatibꝰ ⁊ omni auctoritate ⁊ ptāte qua poſſum te abſoluo ab oībus pctīs carnalibꝰ ⁊ ſpūalibuꝯ capitalibꝰ criminalibꝰ mortalibꝰ venialiū mihi modo cōfeſſis: ⁊ ab alijs oblitis q̄ memorie tue nō occurrūt de quibꝰ bonū ꝓpoſitū habeꝯ cōfitēdi ſi memorie tue occurrerent: ⁊ a circumſtantijs eorundem. Et etiam te abſoluo ab omni ſimonia mentali: ⁊ ab omni verbo ocioſo vel mendoſo: ⁊ ab omni periurio vł periurijs: ⁊ ab omni homicidio volūtario vel caſuali ⁊ ab alio quocunq; peccato criminali vel mortali ⁊ veniali ⁊ ab omnibꝰ ⁊ quibuſcūq; delictis criminibus ⁊ peccatis a quibus te poſſuꝫ abſoluere te abſoluo: in quantum poſſum: ⁊ claues ſancte matris eccleſie ſe extendunt ⁊ reſtituo te ſacramentiꝯ eccleſie ⁊ communioni fidelium. In nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpiritusſancti. Amen.

¶ Pratica abſolutōīs a pctīs.

¶ Paſſio domini noſtri ieſu chriſti ⁊ merita ſue glorioſiſſime mrīs virginis marie: ⁊ omnium martyrum et omnium ſanctorum et ſanctarum dei ⁊ ieiunia ⁊ elemoſine ⁊ orationes ⁊ peregrinationes: ſpecialiter peregrinatio quam nūc intendis facere ad talem locum: ⁊ humilitas confeſſionis ⁊ corporis ⁊ anime afflictiones: ⁊ cōſilia ⁊ doctrine ⁊ bone perſuaſiones ⁊ omnia alia bona que feciſti ⁊ facies ⁊ proponis facere: ⁊ omnia mala ⁊ iniurie ⁊ tormenta ⁊ perſecutiones ⁊ labores: ⁊ alia quecūq; que ſuſtinuiſti ⁊ ſuſtines ⁊ ſuſtinueris propter deum omnia ſint tibi in remiſſionem peccatorum tuorum: ⁊ in augmentum gratie: ⁊ in acquiſitionem vite eterne: ⁊ omnia iniungo tibi in penitentiā ⁊ ſatiſfactionem tuorum peccatorum: ⁊ remitto tibi omnem penam purgatorij tibi debitam pro peccatis tuis in quantum poſſum: ⁊ in quantū claueꝯ eccleſie ſe extendunt: ⁊ in quantum in conſpectu diuine maieſtatis fuerit acceptū ⁊ gratum: ⁊ concedo tibi indulgentias quas poſſum tibi concedere: ⁊ cōcedo tibi quod poſſis acquirere ⁊ lucrari omnes indulgentiaꝯ per romanos pontifices: ⁊ per cardinales ⁊ legatos ſedis apoſtolice: per patriarchas vel primates: ⁊ per quoſcunq; archiepiſcopos ⁊ epiſcopos ⁊ abbates vel alios prelatos: verbo vel ſcripto conceſſas ⁊ concedendas in qui

¶ Pratica abſolutōīs ſcilꝫ. qn̄ aliquis ꝯfiteť ⁊ vult peregrinare ad aliqueꝫ locum.

buſcunqꝫ elemoſinis peregrinationibus oratiōibus ꝛ alijs quibuſcūqꝫ operibus pietatis. In nomine patris: ꝛ filij: ꝛ ſpiritusſancti Amen. Frater vade in pace: ꝛ noli amplius peccare ne deterius tibi contingat.

Pratica abſolutonis plēarie fiē de i articulo mortis.

¶ Et pratica abſolutionis plenarie in articulo mortis fiende alicui que debet fieri poſt predictam abſolutionem peccatoꝝ illi qui talem indulgentiam habet: debet eſſe iſta.

¶ Item auctoritate domini noſtri ieſu chriſti: ꝛ beatorum apoſtolorum Petri ꝛ Pauli: ꝛ auctoritate ſancte Romane eccleſie: ꝛ de ſpeciali gratia a domino noſtro papa Calixto. vel Paulo. vel alio tibi facta ꝛ conceſſa ꝛ mihi cōmiſſa que fungor in hac parte: ego te abſoluo plenarie ab omnibus ꝛ ſingulis peccatis criminibus ꝛ delictis tuis ꝛ eorum circūſtantijs: et a penitentijs oblitis pro eis tibi iniunctis ꝛ non impletis: et ab omnibus conſcientie ſcrupulis ac dubijs: de quibus corde contritis et ore confeſſus fuiſti mihi ꝛ alijs quibuſcūqꝫ ſacerdotibus: ꝛ omnibus et ſingulis peccatis tuis oblitis ꝛ ignoratis de quibus confeſſus fueras ꝛ fuiſſes: ſi fueras ꝛ fuiſſes recordatus: vel ſciuiſſes vel ſcires fore peccata: ꝛ ab omnibus ꝛ ſingulis penis ꝛ penitentijs in preſenti vita ꝛ purgatorio propter omnia ꝛ ſingula peccata predicta tibi debitis: ꝛ eas ꝛ omnes tibi remitto ꝛ indulgeo: in quantum claues eccleſie ſe extendunt ꝛ gratum fuerit in conſpectu diuine maieſtatis. ꝛ ex dictis gratia ꝛ auctoritate: concedo tibi plenam indulgentiam remiſſionem omnium ꝛ ſingulorum peccatorum predictorum. ꝛ reſtituo te illi ſtatui ꝛ innocentie in qua fuiſti immediate poſt baptiſmū: que quidem remiſſio ſit tibi in augmētum gratie ꝛ in acquiſitionem vite ꝛ glorie eterne. In nomine patris et filij ꝛ ſpiritusſancti. Amen.

Quarta. q.

¶ Quid eſt agendum cum aliquis habet aliqua peccata a quibus ille cui confitetur non poteſt abſoluere. Reſponſio ſecūdum ſanctum Thomā. in quodam quolibeto. Sacerdos non abſoluit aliquē: niſi illum quē diuinitus credit eſſe abſolutū. ſed poſtq̄ a deo eſt abſolutus tenetur eccleſie confiteri adhuc. Et quia diſpenſatio abſolutionis nō eſt tota credita minori tenetur totum confiteri: ꝛ ipſe debet eum abſoluere ab omnibus a quibus poteſt. ꝛ deinde tenetur eum remittere ſuperiori de reſiduo abſoluendum. Argu. xxxiij. q. ij. cap. latoreꝫ. ꝛ. cap. ſignificauit. de peni. ꝛ remiſſio. Sed inferior de facto eum abſoluat: dicit Tho. q̄ non credit euꝫ eſſe abſolutum tamen excuſatur propter ignorantiam iuris: ſed nō excuſatur ſacerdos cui hoc ius ignorare nō licet. ita dicitur ſumma bartholina in parte confeſſor. 4. in. §. ij. ꝛ ibi in. §. ſtatim ſequēti. Dicit q̄ ſi confitens ſit excōmunicatus: ſi non poteſt abſolui a ſuo cōfeſſore ab excōmunicatione non poteſt abſolui per eum a peccatis: quia ſacerdos nullū excōmunicatum poteſt abſoluere de culpa: niſi prius abſolutus ſit ab excōmunicatione: quia excōmunicatus non eſt particeps ſacramentoꝝ eccleſie ſecundum ſanctum Tho. in. iiij. ſenten. di. viij.

¶ Tractatus de confeſſione ac penitentia vtilis atqꝫ ſumme neceſſarius confeſſoꝛibus ⁊ confitentibus. Compoſitus per egregium virum Ioannem alfonſum Benauctanũ vtriuſqꝫ iuris doctoꝛẽ. Impꝛeſſum Ceſarauguſte per Geoꝛgium Coci. Anno milleſimo quingenteſimo. decimo nono. Die vero viceſimo quarto madij.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

tratatus ſaçerdotalis

mbcuado

Suit

Nº Caja
8
C - 39